BSB Bayerische StaatsBibliothek | Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Selden, John

Marmora Arundelliana sive saxa Graecè incisa

London 1628

Signatur: 4 Arch. 181

Nutzungsbedingungen

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen:

1. Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt.
2. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor.
3. Nennen Sie die Bayerische Staatsbibliothek als Eigentümerin der Vorlage.
4. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z. B. Urheberrechten, verantwortlich.

Usage Guidelines

Please observe the following usage guidelines:

1. The files are provided for personal, non-commercial purposes only.
2. Refrain from automated querying.
3. Attribute ownership of the original to the Bavarian State Library.
4. In using the files, it is your own responsibility to observe the rights of third parties, e. g. copyright regulations.

10222002

10222002

9
40 Arch. 181.



10222002

10222002

10222002

10222002

R

MARMORA ARVNDELLIANA;

Siue

Saxa Græcè inciſa

Ex venerandis priſcæ Orientis gloriæ ruderibus, auſpicijs & impenſis Herois Illuſtriſſ. Thomæ Comitis Arundelliæ & Surriæ, Comitis Mareſcalli Angliæ, pridèm vindicata & in ædibus eius hortiſque cognominibus, ad Thameſis ripam, diſpoſita.

Accedunt Inſcriptiones aliquot veteris Latij, ex locupletiſſimo eiuſdem Vetuſtatis Theſauro ſelectæ. Auctariolum item aliundè ſumtum.

Publicauit & Commentariolos adiecit

IOANNES SELDENVS I. C.

Prudentius.

Ipſo rore mihi Seges eſt, quo Gramen onagris.

LONDINI,

Typis & impenſis Guilielmi Stanesbeij

MDCXXVIII.

Christophorus Otto Comes et Dns in Schallenberg p. Prae-
_positus Constantiensis ab a.o 1693 & Augustanae Eccle-
_siae Decanus ab a.o 1721 p. natus a.o 1655. 6.a Junii
hora 8.a matutina in Hagen prope Lintzium Austriae
Superioris, Patre, Comite Christophoro Ernesto p.
Matre, Cristina, nata Baronissa Schiffrin p.
Denatus a.o 17. . . .

V. CL. &
Doctiſsimo
PATRICIO IVNIO,
Bibliothecario Regio
S. P. D.
Joannes Seldenus.

TAm aſsiduâ, Suauiſsime Iuni, & amica comitate, in amplioribus Arundellianarum Inſcriptionum exſcribendis & fugientibus earum veſtigijs felicitèr reuocandis, mihi ſocius aderas, tamque doctè & ingenioſè id quod tuum erat præſtabas, vt earum iam, ex Marmoreis autographis (quæ Nobiliſsimi Herois, cuius nomine paſsim ipſa editio ſuperbit, erga bonas artes Amori & Magnificentiæ Nos cum toto orbe literario deberi gratulantes agnoſcimus) in chartaceam lucem prodeuntium

Bayerische Staatsbibliothek München

tium aut me Dominum in ſolidum venditare aut te, etiam cum acuminis & eruditionis prærogatiua, partiarium non profiteri, piaculum foret nullâ ſane expiandum hoſtiâ. Fruere igitur quod ita iure optimo tuum eſt; atque adeò libenter agnitum vt ne meum quidem, quicquid illud heic porrò fuerit, non item tuum eſſe feram. Exigit fermè mos vt non ſine dedicatione emittantur libelli. Quantum igitur eo titulo transferri poteſt, tantum omninò tuum facio. Nam vtcunque hoc ſeculo, quo tum Cenſore opus eſt tum Aruſpice nobis, Donaria huiuſmodi non rarò prodiguntur magis quam ritè collocantur, ab adulante ſcilicet editorum turba, quæ propenſè nimis *mittit lapides in aceruos Mercurij* & tam faſtidioſa Nequitiæ Mancipia quam ſplendida Ignorantiæ & Vecordiæ Pegmata bonarum literarum fructu, non minùs ambitioſe quàm improuide, ne dicam impiè, interdùm dignatur; Ego necdum omninò volui hac in parte reus eſſe. Ideoque cum delectu ſingulari etiam nunc Te hùc adſciui. Ingenium nempe Sagax, Liberale, & prudenter Temperatum, Iudicium Perſpicax, præter Morum Suauitatem cum Probitate coniunctam (quibus ſi adeſt inſuper

Eru-

Eruditio qualis tua eſt, ne ipſa quidem Præſantiæ Corona heic abeſt) Hominem, cui hæc Sacra fieri oportet, adeoque Te, mi Iuni, verè conſtituunt. Et accedit porrò tum perpetua Amoris inter nos recipocratio, tum non infrequens Studiorum eiuſmodi, quibus Humilius noſtrum & Innocentius vitæ genus etiam Iucundius multò fit, communicatio. Ita non modo egregio Virtutum merito, verum etiam peculiari Conſuetudinis, Amicitiæ, Societatis Iure Iocum hunc occupas, qui eo honoratior eſt quo Te minus habeatur indignus.

Mar-

Marmorum Arundellianorum, atque eorum que insuper hac prodeunt editione, *Elenchus.*

I

Epochæ veterum Græcorum Nobiliores seu insigniora Temporum Interualla fermè vniuersa; anno ante vulgarem D. N. Iesu Christi Epocham CCLXIII *seu periodi Iulianæ* MMMMCCCCLI *conscripta.* pag. 1.

II

Idem charactere communi, cum Versione. pag. 6.

III

Fœdus Smyrnæorum & Magnetum, ad Maiestatem Seleuci Callinici Asiæ Regis tutiùs conseruandam, circa annum ante vulgarem D. N. Iesu Christi Epocham CCXLIV *seu periodi Julianæ* MMMMMCCCCLXX *percussum, stelis singulis incisum & in fano Veneris Stratonicidis alibique apud vtramque Rempublicam ex pacto sacratum. Bina præterea Fœdus comitantia Decreta Smyrnæorum.* pag. 15.

IV

Eadem charactere communi, cum Versione. pag. 22.

V.

C. Ant. Septimij Publij Citharœdi Victoriæ. pag. 34.

VI

Idem charactere communi, cum Versione. pag. 35.

VII
Donariorum ad Gymnasij, vt videtur, Smyrnensis ornatum recensio, sed mutila. pag. 35.

VIII
Idem cum Versione. pag. 37.

IX
Aliæ Inscriptiones Octo Græcæ minorum gentium. pag. 38. 39. 40.

X
Psephismata aliquot Deliorum. pag. 41. 42. 43. 44.

XI
Cretensis, vt videtur, inscriptio, Κοσμητόρτων *nominibus, vt temporis charactere, notata.* pag. 44.

XII
Sacrarum in Artemisio Erogationum Recensionis fragmentum. p. 45.

XIII
Inscriptiones complures Græcæ sepulchrales; aliæ item ad priuatos spectantes. pag. 46. & seq.

XIV
Ex Latinis, etiam Arundellianis, selecta aliquot. pag. 50. & seq.

XV
Auctoriolum aliunde collectum quod claudunt Marmora aliquot Ebraica Londini ante decennium in veteris structuræ ruderibus reperta. pag. 59. & seq.

XVI
Ad veteres Græcorum Epochas
I *Apparatus Chronologicus.* pag. 59.
II *Notæ Historicæ.* pag. 71.
III *Canon Chronicus.* pag. 92.

XVII

XVII

Ad Smyrnæorum Decreta & Fœdus cum Magneſiis ictum, Commentariolus, in quo de eorum occaſione & in Annalibus loco, Venere Stratonicide, Aſylorum inre, Ἀγαθῇ Τύχῃ ſeu Bona Fortuna, Stephanophoris, Menſe *Lenæone*, trinis Athenienſium Dionyſijs, Iurandi formulis, Sigillorum vſu, Decima Cenſuali, *id genus alijs, fuſiùs diſputatur.* pag. 120.

XVIII

Ad C. Septimij Publij Citharœdi Victorias, Commentariolus, qui de pleriſque Veterum Græcorum Certaminibus *plurima aperit* pag. 157.

XIX

Ad Smyrnenſem Donariorum, in Gymnaſij ornatum, Recenſionem, Commentariolus; vbi de Aſiarcharum Officio, & Ciuitatum quæ Νεωκόροι ſeu Ædituæ, *toties in Nummis, vti Epheſus in Actis Apoſtolorum dictæ.* pag. 163.

XX

Ad Arundellianorum Marmorum cetera. pag. 171

XXI

Ad Auctarioli pleraque & demùm ad Ebraicarum Inſcriptionum Fragmenta Commentariolus; in quo de veteri Iudæorum *in* Anglia *ſtatu.*

Editionis

Anſa, Cauſa, Conſilium.

SVb anni ſuperioris Epiphanijs, ex Aſia aduecta ſunt, ad Illuſtriſſimi Comitis Arundelliæ ædes, Marmora aliquot ſatis ampla, mutila & diſrupta, ſed Græcis literis plerunque inciſa. Ex cimelijs illis erant quæ accepta ferimus feliciſſimæ procurationi & ſummo cum iudicio præſtitæ V. Cl. doctiſſimique Guilielmi Pettæi, qui, ante annos aliquot à Comite, pro flagrantiſſimo eius & incomparabili erga nobiliores artes veteremque Græcorum nitorem amore, in Orientem ad illud negotij, non ſine honeſto commeatu, miſſus, inſigni id genus mercium frequentiâ (vt Statuas, Figuras inſculptas, Numiſmata & quæ ſunt eiuſmodi cetera ſelectiſſima prætermittam) geſtionis, cui præficitur ſumtus effuſiſſimè repenſat. Cum primùm inuiſerat ea vir præſtantiſſimus Robertus Cottonus, condus ille ac promus vetuſtatis longè locupletiſſimus, ad me aduolat, & impenſiùs inſtat, vt mane proximo (nam prouectior nox erat) ad Græca illa arcana eruenda, me totum accingerem. Libentiſſimè annuo. Sed vt expeditiùs res abſoluerētur, rogo vt in operæ ſocietatem adſciſcerentur amici communes, eruditiſſimus Patricius Iunius, Bibliothecarius Regius, & multiiugæ doctrinæ ſtudijque indefatigabilis vir Richardus Iameſius. Vtrique condicit ille. Illuceſcente die craſtino, conuenimus triumuiri in hortis Arundellianis, vbi Smyrnæorum Decreta & Fœdus, ab ijs cum Magneſijs, ad Seleuci Callinici Aſiæ Regis maieſtatem tutiùs conſeruandam, percuſſum, in ſtela variatim diſrupta primò comperimus. Fragmenta, ſuis locis commiſſa, longitudinem pedum $\overline{VIII}$ & pollicum binorum, latitudinem pedum $\overline{III}$ poll. $\overline{V}$. craſſitiem pollicum $\overline{VIII}$ exhibent. Scriptura autem, cuius lineæ vtramque oram contingunt, longitudinem pedum $\overline{VII}$ & pollicum $\overline{VI}$ occupat. Lauando & ſæpius detergendo lectioni accommodam reddimus, mutuas tradimus operas,

& demùm quæ reliqua erant, exſcribimus. Hiatus enim & Lacunæ, vt in edito exemplari videre eſt, haud ſunt infrequentes. Sparſa ſtatim eſt, vt fieri amat, de Aſiatico hoc monimento fama & percrebuit paſſim deſiderium, vt exemplaria eius communicarentur; quod non minùs iuſtè etiam amiciſſimis negaui ego, quàm à curioſioribus efflictim concupiebatur. Verebar enim, idque meritiſſimò, ne ea quæ ex Marmore mutilo accuratiùs deſumta erant & ad veritatem lectionis exacta, hiatibus interim ſcatentia, iteratà ſæpiùs inter tranſcribendum amanuenſium incuriâ in deprauatiſſima, vt euenire ſolet, citò degenerarent. Quod ne fieret, atque vt amicis tamen, qui deperibant ea efflagitabantque, intereà ſatisfacerem, Editionem promitto. Eam dum meditor, alias item, in eiſdem hortis, pretij non vulgaris viſendas Inſcriptiones adiungere viſum eſt. Maximè verò Marmoreas Græcorum veterum Epochas, mutilas illas quidem (quod inprimis dolendum eſt) ſed eiuſmodi interim vt in hoc literarum genere plurimi, idque plurimis nominibus, ſint meritò æſtimandæ. Etenim nullus reperitur in toto orbe codex qui compluribus ſeculis eis non cedit. Et Autor eorum ipſe anonymus ſeculis etiam pluribus vetuſtior eſt vetuſtiſſimo eorum, quos iniuria temporis nobis non inuidit, Chronologorum. Græcos intelligo qui Scriptis ſuis ex primario inſtituto Tempora dinumerarunt, in queis locum principem, ſiue æuum ſpectes, ſiue viri autoritatem, obtinet Euſebius, quem quingentis amplius annis anteruertit hic Noſter, vti ex Apparatu noſtro Chronologico ſatis ediſcitur. Imò nec Hiſtoricus habetur Græcus, Herodoto, Thucydide & Xenophonte exceptis cum ijs quorum opera plane interciderunt, cui non multùm præcedit antiquitate. Neque alibi ſiue in vetuſtis codicibus ſiue Marmoribus, præter aliud vnicum quod Arundellianorum eſt $\overline{\text{XVII}}$, antiquiſſima illa numerandi formula per $\overline{\text{I}}$ $\overline{\Pi}$ $\overline{\Delta}$ $\overline{\text{I}\Delta}$ $\overline{\text{H}}$ $\overline{\text{I}\text{H}}$ $\overline{\text{X}}$ pro $\overline{\text{I}}$ $\overline{\text{V}}$ $\overline{\text{X}}$ $\overline{\text{L}}$ $\overline{\text{C}}$ $\overline{\text{D}}$ $\overline{\text{M}}$ occurrit, ſi Herodianum περὶ ἀριθμῶν excipias, qui eam vti obſoletam ſolus, quod ſciam, Græcorum meminit. Mos ille Atticus erat, principalem nominis numeri literam ponere & ſignificare numerum; $\overline{\Pi}$ ſcilicet pro Πέντε $\overline{\text{V}}$, $\overline{\Delta}$ pro Δέκα $\overline{\text{X}}$, $\overline{\text{I}\Delta}$ pro Πεντήκοντα $\overline{\text{L}}$, $\overline{\text{H}}$ pro Ἑκατὸν $\overline{\text{C}}$ (nam H ipſa ibi aſpiratio eſt) & pro χιλίοις $\overline{\text{X}}$ $\overline{\text{M}}$, adeoq; $\overline{\text{I}}$ pro vnitate quæ vocabulo, ni fallor, ἷς ſeu ἓν olim, vti poſteà εἷς & ἕν, ſignabatur. Atq; ad hanc rationem intelligendus puto eſt Scaurus Grammaticus & corrigendus vbi H *& eſſe literam ſcribit & apud Græcos quoque fuiſſe, quod ſignificant. Attici, qui Principes literas vocum à quibus earum nomina inci-*

incipiunt, numeris notantes, hac quoque in eadem ſignificatione vtantur. Nam quoties vnum notant μ & α literam ponunt, quoniam apud illos μ & α dicitur, δύο δ, τρία T. *Sic & ἑκατον, id eſt, centum* H *litera notant.* Monſtrum eſt non ſolum quod de μ & α hic legitur ſed etiam quod de δ & T. Vbinam eiuſmodi apud Græcos dinumerationis aut vola aut veſtigium? Corruptis Scauri Græcis, vt fieri ſolitum eſt, tam elementis quam vocabulis, quæ heic locum habuere, ſubſtituebant; puto, ignari & oſcitantes librarij illa δύο δ, τρία T mentem autoris minimè aſſecuti. μ autem & α portentosè forte infarciebant, quoniam cum quid ibi verè ſcribendum eſſet ne hariolari quidem potuerint, illa ex veteri Scriptura deprauata exarare, vt fit, eis viſum eſt. Scripſiſſe potiùs opinor Scaurum, *Quoties vnum notant τῶτα literam ponunt, quoniam apud illos τ pro α dicebatur*; πέντε π, δέκα δ ſic & ἑκατὸν *&c.* Sed hoc obitèr. Quinetiam Chronologica hac ſtela, in Inſcriptionibus, quæ hactenus reperta ſunt, pauciſſimas habemus annoſiores. In Latinis fateor, Duiliana illa, ſi nimirùm genuina eſt, & altera ante decennium ad portam Capenam effoſſa, quæ Elogium eſt L. Scipionis Barbati F. à V. Cl. Iacobo Sirmondo explicatum, triginta aut circitèr annis hac antiquiores ſunt. Et in Græcis forſan habentur, aliquot eiuſmodi apud Ianum Gruterum. Ceterùm quanquam nonnullæ ita tempore hanc præcedunt, attamen ad vnum omnes, quotquot omninò viſæ ſunt, niſi nimiùm me fallat ratio, huic vnicæ, ſi Rei, quam docet, excellentiam ſpectes, multis paraſangis ſunt poſtponendæ. Quod fermè dicendum eſt etiam de Smyrnæorum & Magnetum ſtela quæ Epocharum Marmore annis ampliùs viginti recentior eſt. Neque enim tam integras & expreſſas Decretorum ſimul & Fœderis formulas Græcas tamque vetuſtas alibi comperimus; vt quæ cetera ad hiſtoriam Seleuci Temporum attinent hactenus prorſus ignota omittam. In illâ autem Epocharum deſcribendâ, opera complurium dierum collocata eſt. Obſcurior nempe eſt, elementis ſæpiùs omninò detritis, fugientibus ſæpiùs. Has tamen, & perſpicillorum vſu adiutus & aſſiduo acumine & iudicio ſuauiſſimi amici Patricij Iunij, poſt bene multas iterationes, in quantum fieri potuit, reuocaui. Inſignem autem Chronologici huius Marmoris vtilitatem nemo non fuſiùs agnoſcet, niſi qui accuratiores Temporum rationes, ſine quibus nec Conſilia, nec Res Geſtæ rerumue Succeſſus, quæ omnia primaria ſunt ciuilis ſcientiæ documenta, rectè deprehendi queunt, planè negligendas eſſe minùs cor-

datè

datè putet. Nobiliores in hoc habemus Epochas annorum $\overline{\text{MCCC}}$ aut circiter, ab initio ſcilicet Attici, ſub Cecrope, Imperij vſque ad tempus quod annis aliquot Alexandrum Magnum proximè antecedit; ad quem ſaltem, etiam Autorem deſcendiſſe veriſimilimum eſt. Stelæ enim huius (cuius latitudo eſt pedum $\overline{\text{II}}$ pollicum $\overline{\text{VII}}$; latus quod dextram reſpicit pedum $\overline{\text{II}}$, pollicum $\overline{\text{XI}}$; quod ſiniſtram pedum $\overline{\text{III}}$ pollicum $\overline{\text{VII}}$ & craſſities pollicum $\overline{\text{V}}$) pars inferior, vti ex deſcriptione noſtra ſcire etiam licet, obliquè abrupta diſparuit. Coæui autem fuere (de Græcis loquor ſcriptoribus atque viris aliquo eruditionis genere celebribus; & non tam de momentis temporum quam de integro ſeculo) hiſce binis Theophraſtus, Menander, Pyrrho, Cratinus, Theocritus, Aratus, Apollonius Rhodius, Lycophron, Nicander, Epicurus, Zeno, Beroſus, Cleanthes, Callimachus, quibus & Helleniſtas illos, qui $\overline{\text{LXX}}$ ſeniores dicuntur, adijcias, vt alios minorum gentium præteream. In vtriſque typis mandandis, ita Lineas repræſentari curauimus, & numeris ſignari, &, qua fieri potuit, iuſtam hiatuum & lacunarum proportionem exhiberi, vt tum facilior eſſet Lectori & ſua de ijs ſupplendis coniectura, tum lineam aliquam in ipſis Marmoribus, ſi inuiſere ea libuerit, citius inuenire. Hiſce adiungere item volui præclaras illas C. Antonij Septimij Publij Citharœdi Victorias è quibus etiam nonnulla quæ denſiſſimis tenebris hactenus, in certaminum Græcorum recenſione, obducta ſunt, & viris doctiſſimis fuere cruces, Lucem accipiunt non contemnendam & expediuntur. Plurima alia in pretioſiſſimo illo theſauro Arundelliano, quæ omnia priſtini æui ſtudioſis grata fore non dubitaui, vti & paucula quæ penes me deſcripta in aduerſarijs habebam, adijcienda cenſui. Atque ita tandem promiſſi reus, etiam cum fœnore, fidem libero. Quod vt amplius eſſet, tàm Commentariolos aliquot, quàm Verſiones adiungo. Ad Epocharum ſcilicet ſenſum aperiendum, Apparatum Chronologicum, quo Annorum, quibus vſus eſt autor, rationes demonſtrem; Notas Hiſtoricas ad breuiuſculas Hiſtoriarum periochas illuſtrandas, præter Canonem Chronicum, quo autoris mentem in annis potiſſimum Periodi Iulianæ (quæ communis eſt, & perquam certiſſima Temporis menſura, quam etiam *Linguam Chronologicam* appellare ſoleo) explico, additis etiam ſuis in locis & Olympiadum & Reparatæ ſalutis humanæ annis. In ipſo etiam Canone, Notas interſero, quibus cum primariæ claſſis Chronologis obuijſque

uijsque optimorum autorum, de putando tempore, locis Anonymum Marmorcum committo, eiusque autoritate, pro re nata, aut firmo, aut castigo, aut monita ciusmodi præbeo quæ perspicaciores irritent. Magna enim est vetustissimorum apographorum, ad hæc præstanda, autoritas; sed autographorum maxima; idque maximè in Temporum ratione quæ etiam ob varias interpolationes a librarijs oscitantèr committi solitas sæpè nimis vacillat. Vnde potissimum item euenit vt nulla ferè reperiatur in veterum codicibus discrepantia, quæ diuersitatem in Temporibus designandis immanem, passim occurrentem, recentioresque indies excruciantem æquet. Quod non solum de Chronologia Profana dicendum est, sed etiam de Sacra; de qua item, dum de Temporum ratione loquimur, id liceat obiter adnotare quod nullibi hactenus, in Orbe Christiano, publicatum est, paucissimis sanè auditum, sed à doctissimis viris & diu & impensissimè est desideratum, & obseruatu inprimis vt dignissimum ita iucundissimum vniuersis qui cum historia sacra etiam Temporum, quod prudentis est, calculum variaque de eo veterum placita explorare satagunt. In Eusebij omnigena Historia a viro summo Iosepho Scaligero, ex Georgio Syncello, ante annum vicesimum, primò in lucem emissa, Temporum primorum Patriarcharum ciusmodi est dinumeratio, vt alia secundum LXX Seniorum versionem, ad Ebraicos Iudæorum codices alia, & demum ἀπὸ τῶν ἀπὸ Σαμαρίτων Ἑβραικῶν seu ex Samaritanorum libris sacris eisque merè Ebraicis, tertia fiat. Libros autem Samaritani sacros alios, præter Pentateuchum, agnoscunt nullos. De eis vide plura apud Guilielmum Postellum libro de Originibus & Scaligerum de Emendatione Temporum pagina 620. & ad numerum Eusebianum MCCLXXI. De Temporum dinumeratione quæ in Iudæorum libris & LXX Senioribus habetur, heic plura dicere superuacaneum est. Ex libris editis satis dignoscuntur. Computum autem Samaritanum exhibet Scaliger in Septimo de Emendatione Temporum, alium sanè omninò ab Eusebiano & ab alijs, quibus in Europa vsi sunt chronologi, rationibus. Notas item eruditissimas adijcit. *Sed qui in Palæstina, inquit, peregrinantur possent & alia & Pentateuchum ab illis adipisci. Nam sanè Christianæ pietatis homines paulò hac in re negligentiores hactenus fuerunt ex cuius rei uberrimi fructus redundarent. Spero non defuturos qui voto nostro satisfaciant aut exemplo nostro hæc illustraturi sunt. Nam huic conatui nostro multa deesse ad perfectionem vt non dubitamus ita palam profite-*

mur. Poſtmodùm autem in Notis ad Euſebij Græca, in queis ex Samaritanorum Pentateucho Patriarcharum anni traduntur; *In libris*, inquit, *noſtris de Emendatione Temporum produximus* χρονογράφιον *quod ipſimet nobis communicarunt Samaritani. Id cum hoc in omnibus conuenit præterquam in annis Malaleel, Enoch, Mathuſala, quod quidem diſcrimen vitio librariorum heic commiſſum.* Sed quicquid Chronicorum communicarunt ei Samaritani; in ipſo ſane eorum Pentateucho, quod pridem in hunc Orbis angulum ex Aſia aduectum, ſumma cum voluptate amplexi ſumus, Patriarcharum anni multo alitèr traduntur quàm autoritate Chronographij nimis fidentèr nixus ille aſſerere conatur. Quod tanti certè eſſe puto vt nemini non fore acceptiſſimum non dubitarim ideoque heic obiter animaduertendum interſerendumque duxerim. Quinque primorum Patriarcharum Anni omnimodi, Adæ nempe, Seth, Enos, Cainan, & Maleleel, ijdem ipſi ſunt in Pentateucho Samaritano cum ijs quos habemus in Iudæorum. Sed de Iared in Geneſeos eiuſdem cap. V 18, 19, & 20. legitur, *Vixit Iared* שתים וששים שנה id eſt, *annos* LXII *& genuit Henoch. Et vixit Iared poſtquam genuit Henoch* חמש ושמנים שנה ושבע מאות שנה, id eſt, *annos* DCCLXXXV *& genuit filios & filias & fueruns cuncti dies Iared* שבע וארבעים שנה ושמנה מאות שנה id eſt, DCCCXLVII *anni.* Eiuſdem item Capitis Commate 25. & ſequentibus; *Vixit Methuſalah* שבע וששים שנה id eſt, LXVII *annos, & genuit Lamech. Et vixit Methuſalah poſtquam genuit Lamech* שלשי וחמשים שנה ושש מאות שנה id eſt, DCLIII *annos & genuit filios atque filias. Et fuerunt cuncti dies Methuſalah* עשרים שנה ושבע מאות שנה, id eſt, DCCXX *& mortuus eſt. Lamech verò vixit* שלש וחמשים שנה, id eſt, LIII *aunos & genuit filium vocauitque nomen eius Noah.* Et paulò poſt; *Et vixit Lamech poſtquam genuit Noah* שש מאות שנה ſeu DC *annos & genuit filios atque filias. Fuerunt autem cuncti dies Lamech* שלש וחמשים שנה ושש מאות שנה *anni* nempè DCLIII. De Noah & Sem eadem habet quæ Iudæornm codices. Sed Capite XI Geneſeos poſt comma 11, heic legimus ויחיו כל ימי שם שש מאות שנה וימת, id eſt, *cuncti dies Sem erant* DC *anni; & mortuus eſt. Et Arphacſad vixit* חמש ושלשים ומאות שנה ſeu CXXXV *annos & genuit Selah. Et vixit Arphacſad poſtquam genuit Selah* שלש שנים ושלש מאות שנה ſiue *annos* CCCIII *genuitque filios & filias,* ויחיו כל ימי ארפכשד שמנה ושלשים שנה וארבע מאות שנה וימת id eſt, *& erant cuncti dies Arphacſad*

CCC.

CCCCXXXVIII *anni & mortuus eſt. Et vixit Selah* ומאה שנה שלשים *ſeu* CXXX *annos & genuit Eber. Vixit verò Selah poſtquam genuit Eber* מאה שנה שלש שנים ושלש *ſeu* CCCIII *annos & genuit filios & filias.* ויחיו כל ימי שלח שלש ושלשים שנה וארבע מאות שנה וימת, id eſt, *Et erant cuncti dies Selah anni* CCCCXXXIII *& mortuus eſt. Eber verò vixit* ארבע שלשים ומאה שנה, id eſt, CXXXIV *annos & genuit Peleg, & vixit Eber poſtquam genuit Peleg* שבעים שנה ומאותים שנה *ſiue* CCLXX *annos, & genuit filios & filias* ויחיו כל ימי עבר ארבע שנים וארבע מאות שנה וימת, id eſt, *& erant omnes dies Eber* CCCCIV *anni & mortuus eſt. Peleg verò vixit* שלשים שנה ומאה שנה id eſt, CXXX *annos & genuit Reu; & vixit Peleg poſtquem genuit Reu* תשע שנים ומאת שנה id eſt, CIX *annos, & genuit filios & filias;* ויחיו כל ימי פלג תשע ושלשים ומאותים שנה וימת, id eſt, *& erant cuncti dies Peleg* CCXXXIX *anni. Et vixit Reu* ומאה שנה *ſiue annos* CXXXII *& genuit Sherug, vixitque Reu poſtquam genuit Sherug* שבע ושנים ומאת שנה *ſiue* CVII *annos, & genuit filios atque filias,* ויחיו כל ימי רעו תשע ושלשים ומאתים שנה וימת id eſt, *& erant omnes dies Reu* CCXXXIX *anni & mortuus eſt. Sherug verò vixit* שלשים שנה ומאת שנה *ſiue* CXXX *annos & genuit Nachor; & vixit Serug poſtquam genuit Nachor* מאת שנה *ſeu* C *annos, & genuit filios atque filias* ויחיו כל ימי שרוג שלשים שנה ומאתים שנה וימת id eſt, *& erant cuncti dies Sherug* CXXX *anni, & mortuus eſt. Et vixit Nachor* תשע ושבעים שנה *ſeu* LXXIX *annos & genuit Terah. Vixitque Nachor poſtquam genuit Terah* תשע שנים וששים שנה *ſeu* LXIX *annos, & genuit filios atque filias* ויחיו כל ימי נחור תשע ושבעים שנה ומאת שנה וימת id eſt, *Et erant cuncti dies Nachor anni* CXLVIII *& mortuus eſt.* Idem autem de Abrahæ natralibus anno Terah ſeptuageſimo tributis, ſequitur quod habent Iudæorum Codices, qui a rerum conditu ad Diluuium ſecula aliquot numerant, vt vides, plura quam Samaritani. Vtrique vero pauciora quam LXX ſeniores. Etiam cuncti dies Terah in fine capitis XI ſunt חמש ארבעים ומאת שנה *ſeu* CXLV anni in Samaritano. Quot autem & qualis momenti ad Samaritanorum apud Euſebium computum, qui in annis poſt patriarcharum παιδοποιίας a librarijs proculdubio deprauatus eſt, caſtigandum hinc ſumi poſſent? Atqui anni qui παιδοποιίας præcedunt ijdem ipſiſſimi ſunt apud Euſebium, ſi Mathuſalæ natales excipias, quos tamen male notatos & contra Euſebij, mentem, ſexageſimo ſcilicet Enochi anno certiſſimum eſt. Legitur ibi Ενὼχ γεγόμενος ξ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα. Planiſſimè legendum ξε ſeu LXV.

Nam

Nam & ſubductis temporum calculis ita liquet ex ipſo Euſebio, quem de hiſce rebus vide Chronicorum Græcè editorum lib. 1. paginis 3. 4. 10. & 19. Et rationes ἀ Enochi πανσωσίας eædem ſunt tam in Chronographio Samaritanorum Scaligeriano quam in vtroque Pentateucho. Sed ad Chronographium illud ſatis corruptum, minimè omninò eſt Euſebius aliàs corrigendus. Neque eum corrigere voluiſſet magnus Scaliger, niſi Pentateucho Samaritano, quo nihil puto impenſius deſiderauit, prorſus caruiſſet. Atque ita tandem Samaritanum annorum Mundi calculum hactenus etiam viris doctiſſimis ignotum, atque ex ipſis abditiſſimis eorum fontibus petitum, & obiter heic primo in lucem emiſſum, boni conſulas lector, & porrò, quemadmodum in Sacrorum Temporum rationibus res exegerit, accuratius & ſobriè perpendas. Sed mirum interea forſan videatur, quod in Quæſtionibus Ebraicis ad Geneſim tradit D. Hieronymus, de Methuſalæ annis verba faciens. *Cum ſupra nongentis*, inquit, *ſexaginta nouem annis vixiſſe ſit dictus, nulli dubium eſt quatuordecem eum annos vixiſſe poſt Diluuium. Et quomodo verum eſt quod octo tantum animæ in arca ſaluæ factæ ſunt? Reſtat ergo, vt, quomodo in pleriſq;, ita & in hoc ſit error in numero. Siquidem & in Hebræis & Samaritanorum libris ſcriptum reperi. Et vixit Mathuſala, centum octoginta ſeptem annis & genuit Lamech & vixit Mathuſalah poſtquam genuit Lamech ſeptingentos octoginta duos annos & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Mathuſalah anni nongenti ſexaginta nouem & mortuus eſt. Et vixit Lamech centum octoginta duobus annis & genuit Noe.* Quæ non magis conſona ſunt Ebraicis, ſiue Iudæorum Codicibus, quàm Samaritanis aduerſantur, vti liquet ex ijs quæ ſupra tranſcripſimus. Anne igitur alia Pentateuchi Samaritani hoc in loco lectio erat, D. Hieronymi æuo? aut hinc autoritati eiuſce derogatur? Id conijcere mihi nefas eſt. Patrem illum literarum Orientalium callentiſſimum, ſacris Samaritanorum libris vſum eſſe nullus dubito. Id quod ex alijs eiuſdem Operum locis ſatis ediſcimus. Sed cum Euſebij numeros Samaritanos, ante D. Hieronymum, ex eorum libris collectos video, ad amuſſim ſane in ἀ πεντατεύχους annis conuenire cum eis quos iam ex eorum pentateucho repræſentauimus, fieri nequit vt non memoriæ lapſu illud de vtrorumque libris dictum putem. Et de ea re viderint coniectores perſpicaciores. Plura autem de Chronologia Sacra dicendi locus heic non eſt. Sufficit hæc tantum ita indicâſſe. Codicem vero, qui hæc nobis ſuppeditauit, Samaritanum magnis impenſis ante quadriennium aut circiter ex Oriente ſibi comparauit Reuerendiſſimus antiſtes Iacobus

Vſſerius Archiepiſcopus Armachanus, vir ſumma pietate, iudicio ſingulari, vſq; ad miraculum doctus, & literis ſcuerioribus promouendis natus. Mecum exemplar quod vetuſtius eſt & charactere Samaritano, ſcilicet vetuſtiſſimo & Ebræis in vſu ante Eſdræ Tempora deſcriptum, pro humanitate ſua, cui plurimum me debere ſemper agnoſco, in Anglia circa id tempus communicauit. In Hiberniam ſecum poſtmodùm tranſuexit priuſquam ijs, quæ volui inde exſcribere, aduerſaria mea ditâſſem. Literis igitur nuper rogatus, eas capitum V & XI Geneſos partes quæ Patriarcharum Tempora deſignant, ex eodem ad me ex Hibernia tranſmiſit exſcriptas, ſeu potius accuratiſſimè depictas. Nam vt ipſiſſimi characterum apices vbique repræſentarentur curauit, quod chartâ oleo perlitâ, quæ facilem exſcribenti operam efficeret, præſtitum eſt. Sed vulgaribus Ebræorum characteribus inde ea quæ ſupra notauimus fideliter deſcripſi, neque alijs edidi, vti neque Syriaca, neque Arabica quæ in Commentariolis ſubinde adhibuimus. Alios enim, præter illos vulgares, quibus ex Orientalibus linguis quid exprimatur, nondum adepti ſunt apud nos Typographi. Lingua Samaritani Codicis, eadem ipſiſſima eſt cum Ebraica quæ in ſacris Iudæorum libris habetur, & plerunque cum eiſdem libris huic conuenit. Et Conuitium eſt ſpurciſſimum quod de Aſima creatore, ipſo in initio Geneſeos Samaritanæ exprobrant Iudæi; ſaltem Rabbi Abenzra exprobrat ad principium Eſther. Non aliter in Samaritana legitur ברא אלהים *Creauit Deus* quam in Iudaica. Idem dicendum de ridiculo illo mendacio quo tria elementa *Aïn*, *Cheth*, & *He* Alphabeto eorum ineſſe negat Beniamin Ben-Iona in Itinerario. Et recte D. Hieronymus in præfatione in librum Regum, quæ in Epiſtolis, numerum occupat CVI, *Samaritani*, inquit, *Pentateuchum Moyſi totidem literis ſcriptitant, figuris tantum et apicibus diſcrepantes.* Quod tamen non ita intelligendum ac ſi vbique vtrorunque Pentateuchus ad inuicem conſonus fuiſſet. Sed eandem vtriuſq; linguam; adeoq; eaſdem vocabulis in conflandis literas, figurâ tantum diſſimiles, adhiberi. Nam præter immanes illas in annorum dinumeratione diſcrepantias, aliæ inſuper ſunt. In Geneſeos cap. II, 2. Samaritani legunt, *conſummauit Deus in Die* הששי, id eſt, *ſexto* opus ſuum vti & LXX ſeniores ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ, vbi Iudæorum codices ſiue Ebraica, quam dicimus, veritas habet השביעי. Item cap. IV, 8. vbi apud LXX ſeniores redundunt illa (ſi cum Ebraica veritate committas) verba Caini ad Abelem, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, id eſt, *Tranſeamus in campum*; eadem ipſa reperiuntur in Codice Samaritano

ritano ſcilicet בלכה השרה, quod idem ſonat; id quod etiam D. Hieronymus obſeruauit. Nam in Quæſtionibus Ebraicis in Geneſim. *Et dixit Cain ad Abel fratrem ſuum. Subauditur ait ille, ea quæ locutus eſt Dominus. Superfluum ergo eſt, quod in Samaritanorum et noſtro volumine reperitur, Tranſeamus in Campum.* Haud igitur de alio libro quàm ipſo Samaritanorum Pentateucho intelligendum eſt illud ex Cyrillo, ad hunc locum adnotatum in editionibus aliquot Helleniſtarum Verſionis; ἔχει ϗ ἀντὰ καὶ τὸ Σαμαρειτικὸν, *habet eadem etiam liber Samaritanus*; nec Targum Hieroſolymitanum omninò ibi innuitur quod tamen aſſerere perperam auſus eſt vir doctus qui notas Verſioni illi adiecit. Sed de hiſce hactenus. Digreſſioni veniam datum iri à ſtudioſis non dubito. Res tanti momenti & anteà à multis ſeculis prorſus fere inaudita culpam, ſi qua commiſſa eſt, vberrime compenſat. Plura de hiſce annorum dinumerationibus, & de ipſo codice facilè dici potuiſſent, quæ tamen addere non imprudentèr ſupersedemus, etiam eiuſdem rei meſſem alijs libentiſſimè relinquentes. Decreta porrò & Fœdus Smyrnæorum cum Magneſijs ictum, ſuppletis coniecturâ hiatibus & lacunis (ita tamen vt Noſtra à Marmoreis facilimè & intuitu primo diſcriminentur) Commentariolo qualicunque illuſtro, vti etiam Marmorum pleraque quæ reſtant. Plurima quæ ambitioſiùs obſeruari atque tumultuosè congeri potuiſſent, vt notiſſimas Formulas, Ritus, & id genus alia vix ignota quidem ijs qui nondum ære lauantur, datâ operâ prætermiſi. Neque anſam, vt fit, ſiue Notandi ſiue Animaduertendi paſſim arripere volui; ijs nimirum abunde contentus quæ plerunque aut Neceſſaria aut Noua & Acceptiora etiam Doctioribus fore ambigere nequibam. Otia quibus hæc fere præſtitimus inprimis nobis fecit ſumma Fauentia & Benignitas Ampliſſimi Herois HENRICI Comitis CANTII & verè Nobiliſſimæ Heroinæ ELIZABETHÆ coniugis eius. Tranquillus enim ſeceſſus, quo Wreſtæ, quæ eorum villa eſt in agro Bedfordienſi, tum æſtate ſuperiori tum feſto Chriſti natalitio fruebar (liberaliſſimo ſcilicet, pro inſigni eorum erga me immerentem & perpetua bonitate, ibi hoſpitio exceptus) opportuniſſimè indulſit vt, vrbanis interturbationibus liber, opus incœptum commodiſſimè abſoluerem. Neque ſane minus exegit Gratitudinis lex vt egregiam eorum beneficentiam, qua me ſtudiaque mea dignari ſolent, animo propenſiſſimo ita agnoſcerem, quam Editionis ratio, vt heic omnino præfarer. Vale, Lector. Cal. April. MDCXXVIII.

Maimora

Epochæ veterum Græcorum nobiliores, ſeu inſigniora Annorum Interualla fermè vniuerſa, anno, ante vulgarem D. N. Ieſu Chriſti epocham, CCLXIII, ſeu periodi Iulianæ MMMMCCCCLI, conſcripta.

1 . . . . . ΟΥ . . . . . ΝΠΑΝ . . . ΩΝ . . . . . ΝΩΝΑΝΕ
ΓΡΑΨΑΤΟΥΣΑΝ . . . .

2 . . . . . ΑΡΞΑΜ . . . ΟΣΑΠΟΚΕΚΡΟΠΟΣΤΟΥΠΡΩΤΟΥΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝ
ΕΙΩΣΑΡΧΟΝΤΟΣΕΜΠΑΡΩΙ . . .

3 . . . . ΥΑΝΑΚΤΟΥΑΘΗΝΗΣΙΝΔΕΔΙΟΓΝΗΤΟΥ ΑΦΟΥΚΕΚΡΟΨΑΘΗΝΩΝΕΒΑΣΙΛ
ΕΥΣΕΚΑΙΗΧΩΡΑΚΕΚΡΟΠΙΑΕΚΛΗΘΗΤΟΠΡΟΤΕΡΟΝΚΑΛΟΥ

4 ΜΕΝΗΑΚΤΙΚΗΑΠΟΑΚΤΑΙΟΥΤΟΥΑΥΤΟΧΘΟΝΟΣΕΤΗΧΗΗΗΔΠΙΙΙΑΦΟΥΔΕΥΚΑΛΙΩΝ
ΠΑΡΑΤΟΝΠΑΡΝΑΣΣΟΝΕΝΛΥΚΩΡΕΙΑΙΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕ . . ΣΙΛΕ . .

5 . . ΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΚΕΚΡΟΠΟΣΕΤΗΧΗΗΗΔΑΦΟΥΔΙΚΗΑΘΗΝΗΣΙ . . . ΝΕΤΟΑΡΕΙΚΑ
ΠΠΟΣΕΙΔΩΝΙΥΠΕΡΑΛΙΡΡΟΘΙΟΥΤΟΥΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣΚΑΙΟΤΟΠΟΣΕΚΛΗΘΗ

6 ΑΡΕΙΟΣΠΑΓΟΣΕΤΗΧΗΗΙΔΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΚΡ . . . ΟΥΑΦΟΥΚΑΤΑ
ΚΛΥΣΜΟΣΕΠΙΔΕΥΚΑΛΙΩΝΟΣΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΔΕΥΚΑΛΙΩΝΤΟΥΣ

7 ΟΜΒΡΟΥΣΕΦΥΓΕΝΕΓΛΥΚΩΡΕΙΑΣΕΙΣΑΘΗΝΑΣΠΡΟ . . . ΟΝΚΑΙΤΟΥΔΙΟ . . ΥΟ . .
. Δ. . . ΜΤΟΥΤΟΙΡ . . ΟΝΙΔ . . . . . Ο . . ΤΑΣΩΤΗΡΙΑΕΘΥΣΕΝ

8 . . ΤΗΧΗΗΙΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΚΡ . . Ν . . ΟΥΑ . . . . . ΚΤΥΩΝΔΕΥΚΑΛΙΩ
ΝΟΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝΕΝΘΕΡΜΟΠΥΛΑΙΣΚΑΙΣΥΝΗΓΕ

9 . . . ΟΥΣΠΕΡΙΤΟΝΟΡΟΝΟΙΚΟΥΝΤΑΣΚΑΙΩ . . ΜΑΣΕΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣΚΑΙΠ . . . . . .
ΝΟΥ . . ΚΑΙΝΥΝΕΤΙΘΥΟΥΣΙΝΑΜΦΙΚΤΥΩΝΕΣ

10 . . ΤΗΧΗΗΙΔΠΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΑΚΦΙΚΤΥΟΝΟΣΑΦΟΥΕΛΛΗΝΟΔΕΥΚ . . .
. . . . . ΩΤΙΔΟΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΚΑΙΕΛΛΗΝΕΣ

11 . . . ΟΜΑΣΘΗΣΑΝΤΟΠΡΟΤΕΡΟΝΓΡΑΙΚΟΙΚΑΛΟΥΜΕΝΟΙΚΑΙΤΟΝΑΓΩΝΑΠΑΝΑΘ . . Ν
ΑΙ . . . . . ΩΙΧΗΗΙΔΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ

12 ΑΘΗΝΩΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΟΣΑΦΟΥΚΑΔΜΟΣΟΑΓΗΝΟΡΟΣΕΙΣΘΗΒΑΣΑΦΙΚΕΤΟ . . . . . .
. . . . . ΕΚΤΙΣΕΝΤΗΝΚΑΔΜΕΙ

13 ΑΝΕΤΗΧΗΗΙΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΟΣΑΦΟΥ . . . . . .
ΝΙΚΗΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ

14 ΕΤΗΧΗΗΙΔΠΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΟΣΑΦΟΥΝΑΥ . . . . . Η . . .
. . . . . ΩΝΕΞΑΙΓΥΠΤΟΥ

15 . . ΙΣΤΗΝΕΛΛΑΔΑΕΠΛΕΥΣΕΚΑΙΩΝΟΜΑΣΘΗΠΕΝΤΗΚΟΝΤΟΡΟΣΚΑΙΑΙΔΑΝΑΟΥΘΥ
ΓΑΤΕΡΕΣ . . . . . ΩΝΗΚΑΙΒΑ . .

16 ..ΛΑΡΕΥΩΚΑΙΕΛΙΚΗΚΑΙΑΡΧΕΔΙΚΗΑΠΟΚΛΗΡΟΘΕΙΣΑΙΥΠΟΤΩΝΛΟΙΠΩΝ.....
.....ΑΝΤ..

17 ΚΑΙΕΘΥΣΑΝΕΠΙΤΗΣΑΚΤΗΣΕΜΠΑΡΑ..ΑΔΙΕΝΑΙΝΔΩΙΤΗΣΡΟΔΙΑΣΕΤΗΧΗΗΔΔΔΔ
ΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟ.....

18 ΘΟΝΙΟΣΠΑΝΑΘΗΝΑΙΟΙΣΤΟΙΣΠΡΩΤΟΙΣΓΕΝΟΜΕΝΟΙΣΑΡΜΑΕΖΕΥΞΕΚΑΙΤΟΝΑΓΩ
ΝΑΕΔΕΙΚΝΥΕΚΑΙΑΘΗΝΑΙΟΥΣ...ΟΝ....ΑΙ..

19 ..ΕΩΝΜΗΤΡΟΣΕΦΑΝΗΕΓΚΥΒΕΛΟΙΣΚΑΙΥΑΓΝΙΣΟΦΡΥΞΑΥΛΟΥΣΠΡΩΤΟΣΗΥΡΕΝΕ
ΓΚ..ΑΝΝΑΙ.....ΣΦΡ.....

20 ΟΥΜΕΗΝΦΡΥΓΙΣΤΙΠΡΩΤΟΣΗΥΛΗΣΕΚΑΙΑΛΛΟΥΣΝΟΜΟΥΣΜΗΤΡΟΣΔΙΟΝΥΣΟΥΠ
ΑΝΟΣΚΑΙΤΟΝΕΠ.....

21 ..... ΕΤΗΧΗΗΔΔΔΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΕΡΙΧΘΟΝΙΟΥΤΟΥΤΟΑΡΜΑΖΕΥ
ΞΑΝΤΟΣΑΦΟΥΜΙΝΩΣ..ΠΡ....Β Α.....

22 Δ.... ΑΟΝΙΑΝΩΙΚΙΣΕΚΑΙΣΙΔΗΡΟΣΗΥΡΕΘΗΕΝΤΗΙΙΔΗΙΕΥΡΟΝΤΩΝΤΩΝΙΔΑΙΩΝΔΑ
ΚΤΥΛΩΝΚΕΛΜΙΟΣΚ.....

23 ..ΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΠΑΝΔΙΟΝΟΣΑΦΟΥΔΗΜΗΤΗΡΑΦΙΚΟΜΕΝΗΕΙΣΑΘΗΝΑΣΚΑ
ΡΠΟΝΕΦΥ...ΥΕΝΚΑΙΠΡ....ΠΡΑ.....ΩΤΗΔ.....

24 ..ΡΙΠΤΟΛΕΜΟΥΤΟΥΚΕΛΕΟΥΚΑΙΝΕΑΙΡΑΣΕΤΗΧΗΔΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗ
ΣΙΝΕΡΙΧΘΕΩΣΑΦΟΥΤΡΙΠΤΟ.....

25 .....ΕΣΠΕΙΡΕΝΕΝΤΗΙΡΑΡΙΑΙΚΑΛΟΥΜΕΝΗΙΕΛΕΥΣΙΝΙΕΤΗΧ..ΔΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝ
ΤΟΣΑΘΗΝΩΝ.....

26 ΥΙΟ...Ν...ΑΥΤΟΥΠΟΗΣΙΝΕΞ..ΘΗΚΕΚΟΡΗΣΤΕΑΡΠΑΓΗΝΚΑΙΔΗΜΗΤΡΟΣΖΗΤΗ
ΣΙΝΚΑΙΤΟΝΑΥΤΟΥ.....

27 .....ΘΟΣΤΩΝΥΠΟΔΕΞΑΜΕΝΩΝΤΟΝΚΑΡΠΟΝΕΤΗΧΗΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΥΟΣ
ΑΘΗΝΩΝΕΡΙΧΘΕΩΣ.....

28 ....ΝΟΥΤΑΜΥΣΤΗΡΙΑΑΝΕΦΗΝΕΝΕΝΕΛΕΥΣΙΝΙΚΑΙΤΑΣΤΟΥ.....ΟΥΣΑΙΟΥΠΟ
ΙΗΣ..ΣΕΞΕΘΗΚ.....

29 .....ΩΣΤΟΥΠΑΝΔΙΟΝΟΣΑΦΟΥΚΑΘΑΡΜΟΣΠΡΩΤΟΝΕΓΕΝΕΤΟ.....ΟΥΠΡΩΤΩ
ΙΑΟΝ...ΕΑΝΤ.....

30 .....ΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΠΑΝΔΙΟΝΟΣΤΟΥΚΕΚΡΟΠΟΣΑΦΟΥ..ΝΕΛΕΥΣ
ΙΝΙΟΓΥΜΝΙΚΟΣ.....ΑΦΟΥ.....

31 ....ΑΙ..ΤΑΛΥΚΑΙΑΕΝΑΡΚΑΔΙΑΙΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΛ..ΚΚΕ.....ΛΥΚΑΟΝΟΣΕΔΟΘΗΣ
ΑΝ..ΤΟΙΣΕΛΛ..ΣΙ....Η..Ν..ΒΑΣΙΛΕΥΟΝ

32 ΤΟΣΑΘΗΝΩΝΠΑΝΔΙΟΝΟΣΤΟΥΚΕΚΡΟΠΟΣΑΦΟΥΚΑ....Γ.....ΗΣΙΑΙΗΡΑΚΛ
ΗΣ.....Ν.....Ω.....ΔΟΣΤ...

33 ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΗΣΙΝΑΙΓΕΩΣΑΦΟΥΑΘΗΝΗΣΙ.....ΣΤΩΝΚΑΡΠΩΝΕΓΕΝΕ
ΤΟ ΚΑΙΜΑΝΤΕΥΟΜΕΝΟΣ..ΑΘΗΝ....ΑΛΩΝΕΝΗ..

34 .....ΣΥΠΟΣΧΕΝ..Α..ΑΜΜΙΝΩΣΑΞΙΩΣΕΙΕΤΗΧΔΔΔΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩ
ΝΑΙΓ...ΑΦΟΥΘΗΣ.....

35 ΑΘΗΝΩΝΤΑΣΔΩΔΕΚΑΠΟΛΕΙΣΕΙΣΤΟΑΥΤΟΣΥΝΩΙΚΙΣΕΝΚΑΙΠΟΛΙΤΕΙΑΝΚΑΙΤΗΝΔ
ΗΜΟΚΡΑΤΙΑΝΑΠΡΕΩ.....

36 ....ΟΣΑΘΗΝΩΝΤΟΝΤΩΝΙΣΘΜΙΩΝΑΓΩΝΑΕΘΗΚΕΣΙΝΙΝΑΠΟΚΤΕΙΝΑΣΕΤΗΠΗΗΗ
ΗΙΔΔΔΔΔΠΑΠΟΤΗΣΑΜΜΟΝ...ΤΗ.....

...ΔΔ

37 ....ΔΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΘΗΣΕΩΣΑΦΟΥΑΡΓΕΙΟΙΝΕΥΑΔΡΑΣ.....
ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΚΑΙΤΟΝΑΓΩΝΑ.Ν..Α...ΗΘ..ΑΝ...

38 ....ΕΤΗΠΗΗΗΗΙΔΔΔΔΠΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΘΗΣΕΩΣΑΦΟΥΟΙ.....ΝΕ
ΣΕΙΣΤΡΟΙΑΝΕ....ΡΑΤΕΥΣ..ΕΤΗΠΗΗΗΗΙΔΠΠΒΑΣΛΕΥΟΝΓΟΣΑΘΗ

39 ...ΕΣΘΕΩΣΤΡΕΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥΕΤΟΥΣΑΦΟΥΤΡΟΙΑΗΛΩΕΤΗΠΗΗΗΗΔΔΔΔΠΒΑΣΙ
ΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝ.....ΩΣΔΕΥΤΕΡΟΥΕΤΟΥΣΜΗΝΟΣΘ..

40 .....ΝΟΣΕΒΔΟΜΗΙΦΘΙΝΟΝΤΟΣ ΑΦΟΥΟΡΕΣΤΗ..ΙΟΙΑΙΤΩΝΑΥΤΟ.....
ΙΓΣΘΟΥΘΥΓΑΤΡΙ....ΟΝ.....ΓΙΣΘΟΥΚΑΙΑΥ....

41 .....ΑΟΕΝΑΡΕΙΟΥΠΑΓΩΙΗΝΟΡΕΣΤΗΣΕΝΙΚΗΣΕΝ.....ΩΝ....ΕΤΗ...ΗΗΗ
ΗΔΔΔ..ΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΔΗΜΟΦΩΝΤΟΣΑΦΟΥ..

42 .....ΚΥΠΡΩΙΤΕΥΚΡΟΣΩΙΚΙΣΕΝΕΤΗΠΗΗΗΗΔΔΔΠΠΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΔ
ΗΜΟΦΩΝΤΟΣΑΦΟΥΝΕ..ΕΥΣΩΙΚΙΣ.....Γ....ΑΛΑΗΧΑΡ...ΣΙ..

43 .....ΑΝΕΦΕΣΟΝΕΡΥΘΡΑΣΚΛΑΖΟΜΕΝΑΣΤ..ΗΝΚΑΤΑΓΡΟΝΟΝΥΠΟΚΟΛΟΦΩΝΑ
..ΙΥΟΥΝΤΑ....Α....ΣΑΜΟΝ.....ΤΑ...ΙΩΝΙ..ΕΓΕΝΕΤΟΕΤ.

44 .....ΔΠΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝΜΕΝΕΣΘΩΣΤΡΕΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ...ΥΣΑΦΟΥ..
ΙΟΔΟΣΟΠΟΙΗΤΗΣ.....ΗΕΤΗΙΗΔΔ..ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝ..

45 ..... ΑΦΟΥΟΜΗΡΟΣΟΠΟΙΗΤΗΣΕΦΑΝΗΕΤΗΠΗΔΔΔΔΠΠΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩ
.....ΙΟΓΝΗΤΟΥΑΦΟΥΦ...ΔΩΝΟΑΡΓΕΙΟΣΕΔΗΜΕΥΣ...ΝΕΥ..

46 .....ΕΣΚΕΥΑΣΕΚΑΙΝΟΜΙΣΜΑΑΡΓΥΡΟΥΝΕΝΑΙΓΙΝΗΙΕΠΟΙΗΣΕΝΕΝΔΕΚΑΤΟΣΩΝ
ΑΦΗΡΑΚΛΕΟΥΣΕΤΗΠΗΔΔΔΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΘΗΝΩΝ..

47 .....ΟΥΣΑΦΟΥΑΡΧΙΑΣΕΥΑΓΗΤΟΥΔΕΚΑΤΟΣΩΝΑΠΟΤΕΜΕΝΟΥΕΚΚΟΡΙΝΘΟΥΗΓΑ
ΓΕΤΗΝΑΠΟΙΚΙΑΝ.....ΣΥΡΑΚΟΥ.....

48 ..... ΤΟΣΑΘΗΝΩΝΑΙΣΧΥΛΟΥΕΤΟΥΣΕΙΚΟΣΤΟΥΚΑΙΕΝΟΣΑΦΟΥΚΑΤΕΝΙΑΥΤ
ΟΝΗΡ..ΕΝ..Ρ..ΩΝΕΤ..ΗΗΗΗΔΔΑΦΟΥ.....Ο..Υ

49 .....ΕΤΗΗΗΗΗΔΠΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΛΥΣΙΑΑΦΟΥΤΕΡΠΑΝΔΡΟΣΟΔΕΡΔ
ΕΝΕΟΣΟΛΕΣΒΙΟΣΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΤΟΥ....Α....ΩΝ...Δ..ΟΥΣΘΑΙΑΥΛΗΤ..

50 ...ΛΗΣΕΚΑΙΤΗΝΕΜΠΡΟΣΘΕΜΟΥΔΙΚΗΝΜΕΤΕΣΤΗΣΕΝΕΤ..ΗΗΗΙΔΔΔΙΑΡΧΟΝ
ΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΔΡΩΠΙΛΟΥΑΦΟΥΑ....ΣΛΥΔΟ.....ΣΙΛΕΥΣ.....

51 .....ΔΔΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΑΦΟΥΣΑΠΦΩΕΓΜΙΤΥΛΗΝΗΣΕΙ
ΣΣΙΚΕΛΙΑΝΕΠΛΕΥΣΕΦΥΓΟΥΣΑ.....ΟΛ.....Θ....

52 .....ΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΜΕΝΚΡΙΤΙΟΥΤΟΥΠΡΟΤΕΡΟΥΕΝΣΥΡΑΚΟΥΣΑΙΣΔΕΤΩΝΟΜ
ΟΡΩΝΚΑΤΕΧΟΝΤΩΝΤΗΝΑΡΧΗΝ.....ΤΟ.....

53 .....ΟΝΤΕΣΚΥΡΡΑΝΚΑΙΟΑΓΩΝΟΓΥΜΝΙΚΟΣΕΤΕΘΗΧΡΗΜΑΤΙΤΗΣΑΠΟΤΩΝΛΑΦΥ
ΡΩΝΕΤΗΗΗ .ΔΔΠΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΣΙΜΟ..ΟΣΑΦΟΥ...

54 .....ΑΝΙΤΗΣΑΓΩΝΠΑΛΙΝΕΤΕΘΗΕΤΗΗΗΗΔΠΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΔΑΜΑΣΙ
ΟΥΤΟΥΔΕΥΤΕΡΟΥΑΦΟΥΕΝΑΘ...ΑΙΣΚΩΜΩ....Ρ...ΕΘΗ.....ΣΑΝΙ

55 ...ΤΩΝΙΚΑΡΙΕΩΝΗΥΡΟΝΤΟΣΣΟΥΣΑΡΙΩΝΟΣΚΑΙΔΟΛΟΝ..ΤΕΘ..ΠΠΩΤΟΝΙΣΧΑ
Δ.....ΑΡΣΙΧΟ.....ΝΟΙΝΟΥ....ΕΡ....ΟΣ.....

56 ..ΑΦΟΥΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΣΑΘΗΝΩΝΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΗΙΔΔΔΔΠΠΑΡΧΟΝΤΟΣ
.ΙΚ...ΟΥΑΦΟΥΚΡΟΙΣΟΣ..ΑΣΙΑΣ....ΔΕΛΦΟΣΑ..

57 .....ΔΔΔΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΤΟΥΔΗΜΟΥΑΦΟΥΚΥΡΟΣΟΠΕΡΣΩΝΒΑΣΙΛΕΥ
ΣΣΑΡΔΕΙΣΕΛΑΒΕΚΑΙΚΡΟΙΣΟΝΥΠΟ.....ΗΣΣΦΑΛ....

...ΚΑΙ

58 ...ΚΑΠΠΠΩΝΑΞΚΑΤΑΤΟΥΤΟΝΟΙΑΜΒΟΠΟΙΟΣΑΦΟΥΘΕΣΠΙΣΟΠΟΙΗΤΗΣ .....
ΑΧΙ...ΟΣΕΔΙΔΑΞΕΝΑΛ...ΣΤΙΝ.....ΤΕΘΗΟ..ΡΑΓΟΣ.....Χ...ΕΤΗΗΗΙΔ...
ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘ.....

59 ....ΝΑΙΟΥΤΟΥΠΡΟΤΕΡΟΥΑΦΟΥΔΑΡΕΙΟΣΠΕΡΣΩΝΕΒΑΣΙΛΕΥΕΜΑΓΟΥΤΕΛΕΥΤΗΣ
ΑΝΤΟΣΕΤΗ....ΙΔΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗ.....ΑΦΟΥΑΡΜΟΔΙΟΣΚΑΙ.....
ΙΤΩΝΑΠΕΚΤΕ...

60 ..ΡΧΟΝΠΕΙΣΤΡΑΤΟΥΑ.....ΟΝΚΑΙΑΘΗΝΑΙΟΙΣ..Ρ..ΗΣΑΝΤΟΥΣΠΕΙΣΙΣΤΡΑ
ΤΙΔΑΣΕΚΙ....ΚΛΑΣ..ΙΟΥΤΕΙΧΟΥΣΕΤΗΗΗΔΔΔΔΠΙΙΙΑΡΧΟΝΥΟΣΑΘΗΝΗΣΙ

61 .... ΑΦΟΥΧΟΡΟΙΠΡΩΤΟΝΗΓΩΝΙΣΑΝΤΟΑΝΔΡΩΝΟΝΔΙΔΑΞΑΣΥΠΟ..ΚΟΣΟΧΑΛ
ΚΙΔΕ...ΕΝΙΚ.....ΕΤΗΗΗΔΔΔ...ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΛΥΣΑΓΟΡΟΥΑΦΟΥΝΕ...
...ΙΠΠΙΑ.....

62 ....ΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΗΔΔΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΠΥΘΟΚΡΙΤΟΥΑΦΟΥΗΕΜΜΑ
ΝΑΘΩΝΙΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤΟΑΘΗΝΑΙΟΙΣΠΡΟΣΤΟΥΣΠΕΡΣΑΣ...ΑΡΙΕΝΤΕΑΣ....ΩΝ
ΔΑΡΕΙΟΥΑΔΕΛ

63 .....ΝΤΟΝΣΤΡΑΤΗΓΟΝΕΝΙΚΩΝΑΘΗΝΑΙΟΙΕΤΗΗΗΔΔΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝ.....
ΔΕΥΤΕΡΟΥ..Φ...Ν..ΕΝΜΑΧΗΙΣΥΝΗΓΩΝΙΣΑΤΟΑΙΣΧΥΛΟΣΟΠΟΙΗΤΗΣ

64 .....ΔΔΔΠΑΦΟΥΣΙΜΩΝΙΔΗΣΟΣΙΜΩΝΙΔΟΥΠΑΠΠΟΣΤΟΥΠΟΙΗΤΟΥΠΟΙΗΤΗΣΩΝ
ΚΑΙ.....ΝΗΣΙΚΑΙΔΑΡΕΙΟΣΤΕΛΕΥΤΑΙΞΕΡΠΗΣΔΕΟΥΙΟΣΒΑΣΙΛΕΥΕΙ....

65 ..... ΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥΑΦΟΥΑΙΣΧΥΛΟΣΟΠΟΙΗΤΗΣΤΡΑΓΩ
ΔΙΑΙΠΡΩΤΟΝΕΝΙΚΗΣΕΚΑΙΕΥΡΙΠΙΔΗΣΟΠΟΙΗΤΗΣΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΣΤΗΣΙΧΟΡΟΣ ΠΟΙ
ΗΤΗΣ

66 ΤΗΝΕΛΛΑΔΑΑ....ΟΕΤΗΗΗΔΔΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥΣΑΦΟΥΞΕΡΞ
ΗΣΤΗΝΣΧΕΔΙΑΝΕΖΕΥΞΕΝΕΝΕΛΛΗΣΠΟΝΤΩΙΚΑΙ....ΕΝΑΙΝΕΝΘΕΡΜΟ

67 .....ΣΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΝΑΥΜΑΧΙΑΕΛΛΗΣΙΠΕΡΙΣΑΛΑΜΙΝΑΠΡΟΣΤΟΥΣΠΕΡΣΑΣ
ΗΝΕΝΙΚΩΝΟΙΕΛΛΗΝΕΣΕΤΗ ΗΗΔΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛ....ΔΟΥΑΦΟΥΗΕΝ

68 ....ΤΑΙΑΙΣΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤΟΑΘΗΝΑΙΟΙΣΠΡΟΣΜΑΡΔΟΝΙΟΝΤΟΝΞΕΡΞΟΥΣΤΡΑΤΗΓ
ΟΝΗΝΕΝΙΚΩΝΑΘΗΝΑΙΟΙΚΑΙΜΑΡΔΟΝΙΟΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕΝΤΗΙΜΑΧΗΙΚΑΙΤΟΠΥΡ
ΕΡΥΗΚ..

69 .....ΕΛΙΑΙΠΕΡΙΤΗΝΑΙΤΝΙΑΝΕΤΗΗ.....ΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΞΑΝΤΙΠΠΟΥ
ΑΦΟΥ..ΛΩΝΟΔΕΙΝΟΜΕΝΟΣ.....ΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΗΔΠΑΡΧΟΝΤΟ
ΣΑΘΗΝΗΣΙΤΙΜΟΣΘΕΝ

70 .....ΣΙΜΩΝΙΔΗΣΟΛΕΩΠΡΕΠΟΥΣΟΚΕΙΟΣΟΤΟΜΝΗΜΟΝΙΚΟΝΗΥΡΩΝΕΝΙΚΗΣΕ
ΝΑΘΗΝΗΣΙΝΔΙΔΑΣΚΩΝΚΑΙΑΙΕΙΚΟΝΕΣΕΣΤΑΘΗΣΑΝΑΡΜΟΔΙΟΥΚΑΙΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟ
ΝΟΣΕΤΗΗΗ....

71 ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙ.....ΜΑΝΤΟΥΑΦΟΥΙΕΡΩΝΣΥΡΑΚΟΥΣΩΝΕΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝ
ΕΤΗΗΗΠΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΧ..Η..ΟΣΗΝΔΕΚΑΙΕΠΙΧΑΡΜΟΣΟΠΟΙΗΤΗΣΚΑ
ΤΑΤΟΥ..

72 ΤΟΝΑΦΟΥΣΟΦΟΚΛΗΣΣΟΦΙΛΛΟΥΟΕΚΚΟΛΩΝΟΥΕΝΙΚΗΣΕΤΡΑΓΩΔΙΑΙΕΤΩΝΩ Ν Δ
ΔΠΙΙΙΕΤΗΗΗΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΨΗΦΙΟΝΟΣΑΦΟΥΕΝΑΙΓΟΣΠΟΤΑΜΟΙΣΟΛ
ΙΘΟΣΕΠΕΣ..

73 ΚΑΙΣΙΜΩΝΙΔΗΣΟΠΟΙΗΤΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΒΙΟΥΣΕΤΗΙΔΔΔΔΕΤΗΗΗΠΑΡΧΟΝΤΟ
ΣΑΘΗΝΗΣΙΘΕΑ...ΝΙΔΟΥΑΦΟΥΑΛ....ΑΝΔΡΟΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΟΔΕΥΙΟΣΠ....ΔΙΚ
ΚΑΣΜ

Γ.....

74 ΑΣΜΑΚΕΔΟΝΩΝΒΑΣΙΛΕΥΕΙΕΤΗΗΙΔΔΔΔΠΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΕΥΘΙΠΠΟΥ
ΑΦΟΥΑΙΣΧΥΛΟΣΟΠΟ..ΤΗΣΒΙΩΣΑΣΕΤΗΙΔΔΠΙΙΙΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕΝ..

75 ..ΑΙΤΗΣ...ΚΕΛΙΑΣΕΤΗΗΙΔΔΔΔΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣ....ΑΛΛ..ΟΥΤΟΥΠΡΟ
ΤΕΡΟΥΑΦΟΥΕΥΡΙΠΙΔΗΣΕΤΩΝΩΝΔΔΔΔΙΙΙΤΡΑΤΩΔΙΑΙΠΡΩΤΟΝΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΗΙΔ
Δ.....

76 ...ΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΔΙΟΝ.....ΣΑΝ..ΕΚΑΤΕΥΡΙΠΙΔΗΝΣΩΚΡΑΤΗΣΚΑΙ...ΞΑΓ
ΟΡΑΣΑΦΟΥΑΡΧΕΛΑΟΣΜΑΚΕΔΟΝΩΝΕΒΑΣΙΛΕΥΕΠΕΡΔΙΚΚΟΥΤΕΛΕΥΤΗΣ ΑΝΤΟΣΕ
ΤΗΗ.....

77 ..... ΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΑΣΤΥΦΙΛΟΥΑΦΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΣΣΥΡΑΚΟΥΣΩΝΕΤΥΡΑΝΝΕ
ΥΣΕΝΕΤΗΗΔΔΔΔΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΕΥΚΤΗΜΟΝΟΣΑΦΟΥΕΥΡΙΠΙΔΗΣΡ....

78 ... ΛΕΥΤΗΣΕΝΕΤΗΗΔΔΔΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΝΤΙΓΕΝΟΥΣ....ΣΟ...ΛΗ
ΣΟΠΟΙΗΤΗΣΒΙΩΣΑΣΕΤΗ..ΔΔΔΙΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΚΑΙΚΥΡΟΣΑΝΕΡ.....

79 ...ΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙΟΥΤΟΥΠΡΟΤΕΡΟΥΑΦΟΥ..ΕΛΕΣΤΗΣΣΕΛ....ΝΙΚΗΣ
ΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΔΔΔΠΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΜΙΚΩΝΩΣΑΦΟΥ....

80 ..ΑΚΥΡΟΥΑΝΑΒΑΝΤΕΣΚΑΙΣΩΚΡΑΤΗΣΦΙΛΟΣΟΦ.....ΕΛΕΥΤ.....Ο..ΕΤΗΙΔΔ
ΔΕΤΗΗΔΔΔΠΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΗΝΗΣΙΝΛΑΧΗ.....

81 ....ΑΘΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΔΔΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣΑΦ.....
.....ΟΣ.....ΜΕ...ΡΙΑΝΟΣΔΙΘΥΡΑΜΒΩΙΕΝΙΚΗΣΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗ..

82 ...ΟΥΦΙΛΟΞΕΝΟΣΔΙΘΥΡΑΜΑΟΠΟΙΟΣΤΕΛΕΥΤΑΙΒΙΟΥΣΕΤΗΙΔΠΕΤΗΗ..ΠΙΑΡΧΟΝ
ΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΠΥΘΕΟΥΑΦΟΥΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΗΣΟΚΩΜ....

83 ΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΕΟΥΑΦΟΥΑΣΤΥΔΑΜΑΣΑΘΗΝΗΣΙΝΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΗΠΙΙΙΑΡΧ Ο ΝΤ
ΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΣΤΕ..ΟΥΚΑΤΕΚΑΗΔΕΤΟΤΕΚΑ.....

84 .....ΓΕΝΕΤΟΘΗΒΑΙΩΝΚΑΙΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝΙΩΝΗΝΕΝΙΚΩΝΘΗΒΑΙΟΙΕΤΗΗΠΙΙΑΡΧΟ
ΝΤΟΣΑΘΝΗΗΣΙΝΦΡΑΣΙΚΛΕΙΔΟΥ.....

85 ΒΑΣΙΛΕΥΕΙΑΦΟΥΣΤΗΣΙΧΟΡΟΣΟΙΜΕΡΑΙΟΣΟΔΕΥΤΕΡΟΣΕΝΙΚΗΣΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝΚΑΙ
ΩΙΚΙΣΘΗΜΕΓΑΛΗΠΟΛ.....

86 ΑΦΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΣΣΙΚΕΛΙΩΤΗΣΕΤΕΛΕΛΕΥΤΗΣΕΝΟΔΕΥΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΣΕΤΥΡΑ ΝΝ
ΕΥΣΕΝΚΑΙΑΛΕ...Ν...

87 ΛΕΥΕΙΕΤΗΗΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΝΑΥΣΙΓΕΝΟΥΣΑΦΟΥΦΩΚΕΙΣΤΟΕΝΔΕΛΦΟΙ
Σ.....

88 ΝΗΣΙΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΥΑΦΟΥΤΙΜΟΘΕΟΣΒΙΩΣΑΣΕΤΗΙΔΔΔΔΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕΤ..

89 ΚΕΔΟΝΩΝΒΑΣΙΛΕΥΕΙΚΑΙΑΡΤΟΞΕΡΞΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ.....ΣΔΕΟΥΙΟΣΒ.....


90 ..ΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΙΔΔΔΔΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΓΑΘΟΚΛΕ.....

91 ...ΝΕΤΟΕΤΗΙΔΔΔΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙΣ.....

92 .....ΣΟΦΟΣ....Τ..ΤΟΥΤΟΥΑΦΟΥΚΛ.....

93 .....ΗΙΔ...ΑΡ[illegible].....

Idem charactere communi, cum verſione; qualem per lacunas licuit exhibere. Vocabula autem mutila, de quibus dubitari omninò non poteſt, ea, perinde ac ſi integra eſſent, redduntur.



. . . . ου . . . . υπαν . . . . ων . . . ναν ἀνέγραψα . . . . . descripſi . . . .
τὰς ἀν . . . . . ἀρξά . . Θ ἀπὸ auſpicatus à Cecrope primo Athe-
Κέκροπος Θ τῦ πρώτυ βασιλεύσαντος Αθλιῶν, narum rege, vſque ad archontem
ἕως ἄρχοντ Θ ἐμ Πάρῳ . . . . . υάνακτ Θ, A- in Paro . . . yanactem, Athenis
θλιήσιν ὃ Διογνήτυ. Ἀφ' ἧ Κέκροψ Αθλιέων verò Diognetum. Ex quo Cecrops
ἐβασίλευσε καὶ ἡ χώρα Κεκροπία ἐκλήθη, τὸ πρό- Athenis regnauit, & regio Cecropia
τερον καλεμένη Ακτικὴ ἀπὸ Ακταίυ τῦ αὐτόχ- dicta eſt, antea ſcilicet Actica ab
θονος Θ, ἔτη ΧΗΗΗΔΠΙΙΙ. Ἀφ' ἧ Δευκαλίων πα- Actæo indigena nuncupata, anni
ρὰ τὸν Παρναασὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε, MCCCXVIII. Ex quo Deucalion
. . σιλε . . . Αθλιῶν Κέκροπος Θ, ἔτη ΧΗΗΗΔ. iuxta Parnaſſum in Lycoria regna-
Ἀφ' ἧ δίκη Αθλιήσιν . . νετο Ἄρει καὶ Ποσει- uit, regnante Athenis Cecrope, anni
δῶνι ὑπὲρ Αλιῤῥοθίυ τῦ Ποσειδῶνος Θ, καὶ MCCCX. Ex quo Mars & Nep-
ὁ τόπος Θ ἐκλήθη Ἄρειος Θ πάγος Θ, ἔτη tunus iudicio egerunt de Halirro-
ΧΗΗΙΔ¹ΔΠΙΙ, βασιλέυοντ Θ Αθήνων Κρ . . . thio Neptuni F. & locus nuncupa-
υ. Ἀφ' ἧ Κατακλυσμὸς ἐπὶ Δευκαλίων Θ ἐγέ- tus eſt Areopagus, anni MCCIX
νετο, καὶ Δευκαλίων τὰς ὄμβρυς ἔφυγεν, ἐγ VIII, Athenis regnante Cranao. Ex
Λυκωρείας εἰς Αθλιάς προ . . . . . ον καὶ τῷ quo Diluuium ſub Deucalione con-
δι . . . . υο . . . δ . . μτιλοιρ . . ενιδ . . . ο . . τὰ tigit, & is imbres effugit, è Lyco-
Σωτήρια ἔθυσεν, . . τη ΧΗΗΙΔ¹ΔΠ, βασιλέυ- ria ad Athenas . . . . . .
οντ Θ Αθλιῶν Κρ . . ν . ῦ . Α . . . . . κτύων . . . . . Sacra pro Salu-
Δευκαλίωνος ἐβασίλευσεν ἐν Θερμοπύλαις καὶ te fecit, anni MCCLXV, reg-
συνῆγε . . ας περὶ τὸν ὄρον οἰκῦντας καὶ ὠ- nante Athenis Cranao. Ex quo
. . . . ασεν Αμφικλύονας καὶ π . . . . νε . . . . . Amphictyon F. Deucalionis Ther-
καὶ νῦν ἐπὶ θύσσιν Αμφικτύονες . . τη ΧΗΗΙΔ¹ΠΙΙΙ, mopylis regnauit & congregauit
. . . accolas vicinos & nominauit
eos Amphictyonas & P . . . . . .
. . . . . etiamnùm ſacrificant Am-
phictyones, anni MCCLVIII, reg-
nante

βασιλεύοντ⊙ Αθλιών Αμφικ]ύον⊙. Α'φ ἧ Ε"λ-
λην ὁ Δευκ.....ωπδ⊙ ἐβασίλευσε καὶ Ε"λ-
λῆνες ὠνομάσθησαν τὸ φρότερον Γραικοὶ κα-
λέμενοι, κμὶ τὸν ἀγῶνα Παναθ..ναι .....φ
ΧΗΗΙΔ[Π]ΙΙΙ, βασιλεύον]⊙ Αθλιών Αμφικτύ-
ον⊙. Α'φ' ἧ Κάδμ⊙ ὁ Αγλιώς⊙ εἰς Θήβας
ἀφίκετο..... ἔκτισεν τλὼ Καδμείαν, ἔτη
ΧΗΗΙΔ[Π]Π, βασιλεύοντ⊙ Αθλιών Αμφικτύο-
ν⊙. Α'φ' ἧ.....η...νίκης ἐβασί-
λευσαν, ἔτη ΧΗΗΙΔ[Π]ΙΙ, βασιλεύοντ⊙ Αθλιών
Αμφικτύον⊙. Α'φ' ἧ ναῦ.....η.....ων ἐξ Αἰ-
γύπτε..ις τλὼ Ελλάδα ἔπλευσε καὶ ὠνο-
μάσθη Πεντηκόντος⊙, καὶ αἱ Δαναὺ θυγατε-
ρες ...ωνη καὶ βα...αρεω καὶ Ελικὼ καὶ Αρ-
χεδίκη ἀπεκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν ...
..αντ.. καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτης ἐμ Παρα..
λι τῆς Ροδίας, ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΠΙΙ, βασιλεύο
.....θόνι⊙, Παναθηναίοις τοῖς
πρώτοις γενομένοις, ἅρμα ἔζευξε καὶ τὸν ἀγῶνα
ἐδέικνυε καὶ Αθηναίους ..ον..αι..ων μητρὸς ἐφάνη
ἐν Κυβέλοις καὶ Υάγνις ὁ Φρὺξ αὐλοὺς πρῶ-
τ⊙ ηὗρεν εγκ.....ανναι...σφρ.....
κμένην Φρυγιστὶ πρῶτ⊙ ἤυλησε καὶ ἄλλους νόμους
Μητρὸς, Διονύσε, Πᾶνος καὶ τὸν ἐπ.....
ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντ⊙ Αθλιών
Ερεχθονίε τῦ τὸ ἅρμα ξεύξαντ⊙. Α'φ' ἧ Μίνως
πρ..βα.....αονίαν ὥκισε, καὶ σίδηρ⊙ ἠυ-
ρέθη ἐν τῇ Ι'η, ἐυρόντων τῶν Ιδαίων Δακ-
τύλων, Κέλμι⊙ κ.....λεύοντ⊙ Αθλιών

nante Athenis Amphictyone. Ex quo Hellen filius Deucalionis.... regnauit, & Hellenes nominati ſunt qui antea Græci appellati, & certamen Panathenæorum ..... MCCLVII, regnante Athenis Amphictyone. Ex quo Cadmus Agenoris F. Thebas aduenit .... condidit Cadmiam, anni MCCLV, regnante Athenis Amphictyone. Ex quo ..... regnarunt, anni MCCLII, regnante Athenis Amphictyone. Ex quo Nauis..... ex Ægypto in Græciam tranſmiſit, & nuncupata eſt pentecontorus *ſeu quinquagintaremis*, & Danai filiæ .... & Helice & Archedice ſorte lectæ à ceteris filiabus ..... & ſacrificabant ſuper littus in Para.. de in Lindo quæ Rhodi vrbs eſt, anni MCCXLVII, regnante .... Erichthonius, Panathenæis primò celebratis, currum iunxit & certamen edidit & Athenienſes .....Deorum matris agi cœpêre in Cybelis, & Hyagnis Phryx tibias primus inuenit & ... . dictam more Phrygio primus tibijs cecinit, & alios nomos Matris, Bacchi, Panis &.... ..... MCCLXLII, regnante Athenis Erichthonio qui currũ coniunxit. Ex quo Minos primus regnauit ....aonia ſedes fixit, & Ferrum repertum eſt in Ida ab Idæis Dactylis, Celmide .... regnante

Παν∂ίονΘ. Α᾽φ᾽ ἧ Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Αθλώας καρπὸν ἐφύ..υεν καὶ πρ....φα ...ωτηδ... ξεπτολέμῳ τῷ Κελέῳ καὶ Νεαίρας, ἔτη ΧΗΔΔΔΔΠ, βασιλεύοντΘ Αθλιήσιν Ἐριχθέως. Α᾽φ᾽ ἧ Τριπτό ..... ἐσπείρεν ἐν τῇ Ραρίᾳ καλουμένῃ Ἐλευσῖνι, ἔτη Χ.. ΔΔΔΔΠ, βασιλεύοντΘ Αθλιώων .....υ....υιο αὐτῷ ποησιν ἐξ..θηκε Κόρης τε ἁρπαγὴ καὶ ΔήμητΘ ζήτησιν καὶ τὸν αὐτῷ ..... θΘ τῶν ὑποδεξαμένων τὸν καρπὸν, ἔτη ΧΗΔΔΔΠ, βασιλεύοντΘ Αθλιώων Ἐριχθέως ..... νε τὰ Μυστήρια ἀνεφῆνεν ἐν Ἐλευσῖνι.....καὶ τὰς τε.. ......αυσάις ποιησ...εξέθηκ.....ως τοῦ Παν∂ίονΘ. Α᾽φ᾽ ἧ ΚάθαρμΘ πρῶτον ἐγένε]ο .....ε πρωτῳ σον ..... σαντ..... ΔΙΙ, βασιλεύοντΘ Αθλιώων Παν∂ίονΘ τοῦ Κέκροπος. Α᾽φ᾽ ἧ..ν Ελευσῖνι ὁ γυμνικὸς ..... Α᾽φ᾽ ἧ .....αι..τὰ Λυκαῖα ἐν Αρκα∂ίᾳ ἐγένετο καὶ λ...κκε .....Λυκάονος ἐ∂όθησαν τοῖς Ἑλλ..σι .....π..ν...βασιλεύοντος Αθλιώων Παν∂ίονος τοῦ Κέκροπος. Α᾽φ᾽ ἧ Κα .....γ.. .... πσιᾳ Ηρακλῆς ...ν.....ω..... ∂οστ.....βασιλεύοντος Αθλιήσιν Αἰγέως. Α᾽φ᾽ ἧ Αθλιήσι .....ς τῶν καρπῶν ἐγένετο, καὶ μαντευόμενος Αθλω ....αλωνενε .....ς ὑπό- σχεν..α..αμ Μίνως ἀξιώσει, ἔτη ΧΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Αθλιώων Αιγ....Α᾽φ᾽ ἧ Θησ..... Αθλιώων τὰς δώδεκα πόλεις εἰς τὸ αὐτὸ συνοίκισεν καὶ πολιτείαν καὶ τὴν δημοκρατίαν ἀπέφω.....ος Αθλιῶν τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἔθηκε Σίνιν ἀποκτείνας, ἔτη ΙΗΗΗΗΙΔΔΔΔΔΠ Α᾽πὸ τῆς ἀμμου ..... ση ..... ΔΔΔΔΙΙ,

Athenis Pandione. Ex quo Ceres Athenas aduenit & fruges plantauit & .... Triptolemo Celei & Neæræ Filio, anni MCXLV, regnante Athenis Etichtheo. Ex quo Triptolemus ..... ſeminauit in Raria, quæ dicta Eleuſine, anni MCXLV, regnante Athenis .... Proſerpinæ raptum & Cereris inueſtigationem & eius .... eorum qui fruges exceperant anni MCXXXV, regnante Athenis Erichtheo ..... Myſteria edidit in Eleuſine .... & .... Pandionis F. Ex quo Luſtratio primùm inſtituta eſt ..... VII. regnante Athenis Pandione filio Cecropis. Ex quo in Eleuſine gymnicus..... Ex quo Lycæa in Arcadia, & .... Lycaonis dabantur Græcis ....regnante Athenis Pandione filio Cecropis. Ex quo .... eſiæ Hercules ..... regnante Athenis Ægeo. Ex quo Athenis ..... frugum inſtitutum eſt, & conſulto oraculo ..... ſubijt ...poſtulauerit Minos, anni MXXXI. regnante Athenis Ægeo. Ex quo Theſeus ..... Atticas duodecem vrbes in vnam collegit, & reipublicæ formam & ſtatum popularem ..... Iſthmiorum certamen propoſuit, Sine occiſo, anni DCCCCXCV. A ..... XLII, regnante Athenis Theſeo. Ex quo

βασιλεύοντος Αθλιών Θησέως. Α'φ' ἧς Αργεῖοι
ναυσὶ ..... βασίλευσαν καὶ τὸν
ἀγῶνα .. ν .. α .. πθ .... αν ..... ἔτη
ΙΗΗΗΗΙΔΔΔΔΔΠΙΙ, βασίλευοντος Αθλιών
Θησέως. Α'φ' ἧς οἱ ...νες εἰς Τροίαν ἐ .. ρά-
τευ .... ἔτη ΙΗΗΗΗΙΔΙΙΙΙ, βασιλεύον-
τος Αθ ..... νεσθέως πρωτοκρατίας ἔτος.
Αφ' ἧς Τροία ἥλω, ἔτη ΙΗΗΗΗΔΔΔΔΠ,
PLacuit Populo, Ducum conſilio. Poſtquàm Populus vniuerſis Seleuci Regis commodis conſtantèr proſpexerit tùm imperium eius olim promouendo tùm maieſtatem eius conſeruando in quantum potis erat, & poſſeſſionum ſuarum multas circumſpexerit deperditas & vaſtatas, multa item ſuſtinuerit pericula ex eo quòd conſeruauit amicitiam cum Rege Seleuco, quin nunc etiam ſummo contendens ſtudio eius conſeruare & tueri maieſtatem, in quantum poſſibile eſt, amicitiam iniuerit cum Magneſiæ incolis, tùm qui in caſtris ſunt equitibus & peditibus militantibus tùm ceteris qui Magneſiam habitant, vt nempe belli ſocietatem & beneuolentiam Regi Seleuco obſeruent; perpendens verò neceſſarium eſſe Ciuitati, recipere etiam caſtellum Palæmagneſiam & præſidium in eodem collocare, vt ſcilicet hoc etiam recepto commodiùs firmarentur omnes quæ vicinæ ſunt res Regi Seleuco, miſerit ad caſtelli incolas & inuitârit eos ad amplexandam amicitiam cum Rege Seleuco, &

χλείδας τῷ ἄρχοντι τῷ ἀποσταλέντι ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ παραδέξασθαι φυλακὴν τὴν συνδιατηρήσουσαν μεθ' αὐτῶν τὸ χώριον τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ, ἐπαγγελόμενον, ταῦτα ποιησάντων αὐτῶν, ὑπάρξειν αὐτοῖς παρά τῆς πόλεως πάντα τὰ φιλάνθρωπα καὶ καλῶς ἔχοντα· Οἱ δὲ οἰκοῦντες ἐν τῷ χωρίῳ ἑλόμενοι τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν βασιλέα Σέλευκον μετὰ πάσης προθυμίας προσεδέξαντο ταξάμενα ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ τὰς τε κλείδας παρέδωκαν τῷ ἄρχοντι τῷ ἀπεσταλμένῳ ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ τὴν φυλακὴν τὴν παρὰ τῆς πόλεως παρεδέξαντο εἰς τὸ χώριον· Ἀγαθῇ τύχῃ δέδοχθαι, πολίτας τε αὐτοὺς εἶναι καὶ ὑπάρχειν αὐτοῖς τὰ αὐτὰ ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις ὑπάρχει· καὶ τοὺς τε κλήρους ἐαυτῶν τοὺς δύο, ὅντε ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ Ἀντίοχος ἐπεχάρισεν αὐτοῖς καὶ περὶ οὗ Ἀλέξανδρος γεγράφηκεν, εἶναι αὐτοῖς ἀδεκατεύτους· καὶ ἐὰν προσοικίσθῃ ἡ χώρα ἣν ἔχουσιν οἱ πρότερον ὄντες ἐν Μαγνησίᾳ κάτοικοι τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ, ὑπάρχειν αὐτοῖς τοὺς τρεῖς κλήρους δωρεάν, καὶ τὴν ἀτέλειαν αὐτοῖς μένειν τὴν νῦν ὑπαρχοῦσαν· καὶ ὅσοι αὐτῶν ἀκληρούχητοί εἰσι, δοθῆναι αὐτοῖς κλῆρον ἱππικὸν δωρεάν, ἐφ' ᾧ παραμενοῦσιν τῷ χωρίῳ. Ὑπάρχειν δὲ καὶ Τίμωνι καὶ τοῖς πεζοῖς τοῖς τεταγμένοις ὑπὸ Τίμωνα τοῖς ἀποταχθεῖσιν ἀπὸ τῆς φάλαγγος ἐπὶ τὴν φυλακὴν τοῦ χωρίου τὴν τε πολιτείαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀτέλειαν καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει· καὶ εἴ τινες ἐν

claues tradendas Præfecto à Populo miſſo & excipiendum præſidium quod cum eis ſimul conſeruaret caſtellum Regi Seleuco, pollicitus ſi hæc facerent, fore eis & à ciuitate, & à Rege Seleuco omni modam beneuolentiam & fauorem; caſtelli autem incolæ amicicitiam erga Regem Seleucum ſummâ animi alacritate amplexati aſſenſum præbuerint ijs quæ à populo præſcripta ſunt, & tùm claues tradiderint Præfecto à populo miſſo tùm præſidium à ciuitate receperint in caſtellum; cum Bona Fortuna cenſeri, Ciues eos fore, & ad eos eadem ipſa pertinere quæcunque etiam ad ceteros ciues pertinent; quinetiam prædia eorum bina, tàm illud ſcilicet quod Deus & Soter Antiochus eis conceſſit quàm illud de quo Alexander ſcripſit, fore eis decimarum immunia; & ſi acceſſerit regio, quam occupant priſtini Magneſiæ incolæ Ciuitati noſtræ, fore eis prædia illa tria ſine onere, & libertatem eis firmari eandem quam nunc obtinent. Quotquot vero eorum ſunt quibus prædia nondum aſſignantur, traditum iri eis prædium equeſtre, ſine onere, ex eis qui caſtello adiacent. Fore item Timoni & peditibus ſub Timone diſpoſitis, qui nempè ab acie ſelecti ſunt ad cuſtodiam caſtelli, idem ius ciuitatis & eandem im-

τῷ χωρίῳ. Ὑπάρχειν δὲ καὶ Ὠμάνει καὶ τοῖς Πέρσαις τοῖς ὑπὸ Ὠμάνῳ καὶ τοῖς ἀπὸ Σμύρνης ἀποκαλεῖσιν ἐπὶ τῷ φυλακίῳ τῷ χωρίῳ, Μενέκλει τε καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοις ἅπερ τε πολίταις καὶ τ' ἄλλα φιλάνθρωπα ἃ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκ Μαγνησίας. Ἐψηφίσθαι καὶ δεδογμένον εἶναι τῷ δήμῳ ὅπως αὐτοῖς δίδωται ἐκ βασιλικῆς τραπέζης σίτησις καὶ τὰ ὀψώνια τ' ἄλλα ὅσα εἰώθει ἐκ βασιλικῆς δίδοσθαι αὐτοῖς. Τὸ δὲ ψήφισμα τὸ δὲ ἀναγράψαι εἰς τὰς στήλας τὰς ἀναθεθησομένας ἐν τοῖς ἱεροῖς ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ τῶν ἐκ Μαγνησίας. Ἀναγράφεσθαι δὲ αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς δημοσίοις.

immunitatem quam alij obtinent; & permanſuros eos in caſtello. Fore item Omani, & Perſis ſub Omane, & eis qui à Smyrna ablegati ſunt in prælidium caſtelli, & Menecli & eis qui ei ſubijciuntur, idem ius ciuitatis atque eandem beneuolentiam quæ & ceteris Magnetibus. Decretum etiam eſt, populum præuiſurum, vti eis præbeantur, ex Fiſco, demenſa & annona atque alia quæcunque ex fiſco præberi eis ſolita. Hoc verò Decretum, deſcriptum iri in columnis quæ ſacrabuntur in fanis tum à populo tum à Magnetibus. Quin & idem deſcriptum iri in archiuis publicis.

III.

C. Ant. Septimij Publij Citharœdi Victoriæ.

Γ. ΑΝΤ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΠΟΠΛΙΟΣ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ ΚΑΙ ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΟΣ ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ ΜΟΝΟΣ ΚΑΙ
ΠΡΩΤΟΣ ΤΩΝ ΑΠ ΑΙΩΝΟΣ ΝΙΚΗΣΑΣ
ΤΟΙΣ ΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΙΣ ΑΓΩΝΑΣ
ΣΜΥΡΝΑΝ ΟΛΥΜΠΙΑ Η̄ ℏ17 ΑΔΡΙΑΝΙΑ
ΡΩΜΗΝ Β̄ ΠΟΤΙΟΛΟΥΣ Β̄. ΝΕΑΝΠΟ
ΛΙΝ Γ̄ ΑΚΤΙΑ Β̄. ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣ
ΠΙΔΑ ΝΕΜΙΑ Γ̄ ΠΑΝΤΑΣ ΚΑΘΕΞΗΣ
ΣΜΥΡΝΑΝ ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ ΠΕΡΓΑ
ΜΟΝ ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ Γ̄ ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ
ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ ΚΟΜΟΔΕΙΑ Β̄. ΠΥΘΙΑ
ΤΑ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΕΦΕΣΟΝ ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ
ΕΦΕΣΟΝ :: ΕΦΕΣΗΑ. ΒΑΡΒΙΛΛΗΑ
ΕΠΙΔΑΥΡΟΝ ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ ΑΘΗΝΑΣ
ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ ΣΑΡΔΕΙΣ ΧΡΥΣΑΝΘΙ
ΝΟΝ ΤΡΑΛΛΕΙΣ ΠΥΘΙΑ ΜΕΙΛΗ
ΤΟΝ ΔΙΔΥΜΕΙΑ ΡΟΔΟΝΑΛΕΙΑ Β̄.
ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΑ ΜΑΝΤΙΝΕΙΑΝ
ΘΕΜΑΤΙΚΟΥΣ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑΛΑΝΤΙΑΙΟΥΣ
ΠΑΝΤΑΣ ΟΣΟΥΣ ΗΓΩΝΙΣΑΤΟ
ΥΠΟ ΦΩΝΑΣΚΟΝ Γ. ΑΙΛ. ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΝ
ΕΦΕΣΙΟΝ ΚΑΙ ΣΜΥΡΝΑΙΟΝ ΚΑΙ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ ΚΙΘΑΘΩΔΩΝ ΙΕΡΟΝΕΙ
ΚΗΝ ΚΑΙ ΜΕΛΟΠΟΙΟΝ ΕΝΔΟΞΟΝ ΠΕΡΙ
ΠΑΝΤΑ ΕΤΝΟΥΝ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ ΩΣ ΦΥΣΕΙ
ΠΑΤΕΡΑ.

Idem,

Idem, cum verſione.

Γ. Αὐλ. Σεπτίμιος Πόπλιος
Περγάμηνος καὶ Σμυρναῖος καὶ Αθηναῖος
καὶ Εφέσιος κιθαρῳδὸς μόνος καὶ
πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος νικήσας
τὺς ὑποτεταγμένους ἀγῶνας.
Σμύρναν Ολύμπια Η Ϟ ΙΖ Αδριάνια
Ρ'ωμην Β, Ποπόλους Β, Νεαπό
λιν Γ, Ἄκπα Β, τὴν ἐξ Ἄργους ασ-
πίδα, Νέμια Γ, πάντας καθεξῆς.
Σμύρναν κοινὸν Ασίας, Πέργα-
μον Αυγούστεια Γ, Τραιάνεια,
Ασκλήπια, Κομόδεια Β, Πύθια
τὰ ἐν Δελφοῖς, Ἔφεσον Αδριάνεια,
Ἔφεσον::Εφεσῆα, Βαρβιλλῆα,
Ἐπίδαυρον Ασκλήπια, Αθήνας
Αδριάνεια, Σάρδεις Χρυσάνθι-
νον, Τράλλεις Πύθια, Μείλη-
τον Διδύμια, Ρ'όδον Αλεῖα Β,
Λακεδαίμονα, Μαντινέιαν·
θεμαπικὸς ϑ καὶ παλαιπάιυς
πάντας· ὅσους ἠγωνίσατο
ὑπὸ φωνασκὸν Γ. Αιλ. Αγαθήμερον
Ἐφέσιον καὶ Σμυρναῖον καὶ
Περγάμηνον κιθαρῳδὸν, ἱερονέι-
κην καὶ μελοποιὸν ἔνδοξον, περὶ
πάντα εὐνοῦν γενόμενον ὡς φύσει
πατέρα.

C. Ant. Septimius Publius, Pergamenus, Smyrnæus, Athenienſis & Epheſius, Citharœdus, ſolus & primus qui poſt homines natos vicit ſubſcripta certamina. Smyrnæ Olympia Η Ϟ ΙΖ Adrianalia Romæ ΙΙ, Puteolos ΙΙ, Neapolim ΙΙΙ, Actia ΙΙ, ex Argis clypeum, Nemea ΙΙΙ, omnia ordine continuo. Smyrnæ commune Aſiæ, Pergami Auguſtalia ΙΙΙ, Traianalia, Æſculapia, Commodalia ΙΙ, Pythia in Delphis, Epheſi Adrianalia, Epheſi::Epheſia, Barbillea, Epidauri Æſculapia, Athenis Adrianalia, Sardis Chryſanthinum, Trallibus Pythia, Mileti Dydymeia, Rhodo Halia ΙΙ, Lacedæmonem, Mantineam. Omnia propoſita præmia ſua habuere & fuere difficillima. Certauit ſub moderatore C. Ælio Agathemero Epheſio, Smyrnæo & Pergameno, Citharœdo, Heironice, & modis faciendis clariſſimo, in omnibus beneuolo; non aliter ac ſi naturalis pater fuiſſet.

ΙΥ.

Donariorum ad gymnaſij, vt videtur, Smyrnenſis ornatum recenſio; ſed mutila.

| | .....ΙΑΣ
| | ΔΕΤΟΔ.....ΠΕΣΤΟΣΤΟ Ϟ | |

ΕΦΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΥΠΕΣΧΟΝΤΟ
ΟΙ ΔΕ ΚΛ. ΒΑΣΣΟΣ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ
ΝΕΜΕΣΕΩΝ ΣΤΡΩΣΕΙΝ ΤΗΝ ΒΑΣΙ
ΛΙΚΗΝ ΦΟΥΣΚΟΣ ΕΡΓΟΝ ΠΟΙΗΣΕΙΝ
Μ. Ζ. ΧΕΡΣΙΦΡΩΝ ΑΣΙΑΡΧΗΣ ΤΟΥΣ
ΚΗΠΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΟΙΝΕΙΚΩΝΑ
ΛΟΥΚΙΟΣ ΠΟΜΠΗΙΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΟΙ
ΝΕΙΚΩΝΑ Μ. Ε ΛΟΥΚΙΟΣ ΒΕΣΤΕΙΝΟΣ
ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗΝ ΣΤΡΩΣΕΙΝ ΤΗΝ
ΠΡΟΣ ΤΩ ΒΟΥΛΗΤΗΡΙΩ ΚΑΙ ΧΑΛ
ΚΑΣ ΤΑΣ ΘΥΡΑΣ ΠΟΙΗΣΕΙΝ
ΣΜΑΡΑΓΔΟΣ ΠΡΥΤΑΝΙΣ ΝΑΟΝ ΤΥΧΗΣ
ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΕΙΝ ΕΝ ΤΩ ΦΟΙΝΕΙΚΩ
ΝΙ ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΣ ΠΡΥΤΑΝΙΣ ΧΡΥΣΩ
ΣΕΙΝ ΤΟΝ ΟΡΟΦΟΝ ΤΟΥ ΑΛΙΠΤΗΡΙΟΥ
ΤΗΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ. ΚΑΙ ΟΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΧΑ
ΡΙΣΤΗΡΙΟΝ ΝΕΩ ΚΕΙΟΝΑ ΣΥΝ ΣΠΕΙ
ΡΟΚΕΦΑΛΩ. ΝΥΜΦΙΔΙΑ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ
ΚΛ. ΑΡΤΕΜΥΛΛΑ. ΚΛ. ΠΩΛΛΑ
ΚΛΑΥΔΙΑ ΝΕΙΚΗΤΟΥ ΘΕΥΔΙΑΝΟΣ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ. Β. ΦΛ. ΑΣΚΛΕΠΙΑΚΗ
ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ ΣΟΦΙΣΤΗΣ ΑΝΤΩΝΙΑ
ΜΑΓΝΑ ΚΛ. ΑΡΙΣΤΙΟΝ ΑΛΒΙΔΙΑ
ΜΑΓΝΑ. Μ ΚΛ. ΗΔΕΙΑ Μ ΚΛ. ΧΑΡΙΣ
Μ ΚΛ. ΛΕΟΝΤΙΟΝ Μ ΚΛ. ΑΥΡΗΛΙΑ
ΚΕΙΟΝΑΣ ΚΥΜΒΕΛΛΕΙΤΑΣ ΣΥΝ
ΣΠΕΙΡΟΚΕΦΑΛΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΟΙΝΕΙ
ΚΩΝΑ ΝΒ. ΟΙ ΠΟΤΕ ΙΟΥΔΑΙΟΙ Μ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ ΝΕΙΚΑΝΟΡΟΣ ΕΙΣ
ΤΟΝ ΦΟΙΝΙΚΩΝΑ Χ Ζ Φ. ΜΟΥΡΜΟΣ
ΚΑΙ ΚΙΛΙΑΝΟΣ Μ ΚΑΙ ΟΣΑ ΕΠΕΤΥ
ΧΟΜΕΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΔΙ ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΠΟΛΕΜΩ
ΝΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΔΟΓΜΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ
ΚΑΘΟ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΟΙ ΓΕΓΟΝΑΜΕΝ
ΑΓΩΝΑ ΙΕΡΟΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΘΕΟΛΟΓΟΥΣ
ΥΜΝΩΔΟΥΣ. ΜΥΡΙΑΔΑΣ ΕΚΑΤΟΝ
ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΕΙΟΝΑΣ ΕΙΣ ΤΟ
ΑΛΕΙΠΤΗΡΙΟΝ ΣΥΝΝΑΔΙΟΥΣ ῡ Β
ΝΟΥΜΕΔΙΚΟΥΣ Κ ΠΟΡΦΥΡΕΙΤΑΣ ℏ
ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΘΗ ΔΕ ΚΑΙ Η ΗΛΙΟΚΑ
ΜΕΙΝΟΣ ΕΝΤΩ ΓΥΜΝΑΣΙΩ ΥΠΟ ΣΕΞΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ.

ΔΙΚΗΝΟΣ *supra* τὸ ΝΙΚΑΝΟΡΟΣ *inseritur in marmore.*

Idem, cum verſione.

. . . . . ιας
ὃς το . . . . . ες ⊖ τὸ Η
ἐφ ὃ στρατηγῶν ⊖ ὑπέσχοντο
οἱ ℌ. Κλ. Βάσ ⊖ ἀγωνοθέτης
Νεμεσίων στῶσιν τῷ βασι-
λικῷ. Φῶσκ ⊖ ἔργον ποιήσων
Μ. Ζ. Χερσίφρων Ασιάρχης τὰς
κήπους εἰς τ φοινεικῶνα.
Λόκι ⊖ Πομπήι ⊖ εἰς τ φοι-
νεικῶνα Μ Ε. Λόκι ⊖ Βεσσῆν ⊖
τῷ βασιλικῷ στῶσιν τῷ
φρ ⊖ τὸ βαλανείῳ καὶ χάλ-
κας τὰς θύρας ποιήσειν.
Σμάραγδ ⊖ φρύτανις ναὸν τύχης
κατασκευάσειν ἐν τῷ φοινεικῶ-
νι. Κλαυδιαν ⊖ φρύτανις χρυσώ-
σειν τ ὄρφον τῷ ἀλιπτηρίῳ
τῆς γερουσίας· καὶ οἱ εἰς τ χα-
ριστήριον νέῳ κίονα σὺν ἀστε-
φανῳ Νυμφιδία ἀρχιέρεια,
Κλ. Αρτεμύλλα, Κλ. Πώλλα,
Κλαυδία Νικήτη, Θευδιαν ⊖
Στεφανηφόρ ⊖ Β. Φλ. Ασκλεπιακὴ,
Ἰσιδῶρ ⊖ σοφιστὴς, Αντωνία
Μάγνα, Κλ. Αρίστιον, Αλβιδία
Μάγνα Μ Κλ. Ηδεῖα Μ Κλ. Χάρις
Μ Κλ. Λεόντιον Μ Κλ. Αυρήλια
κίονας κυμβελείτας σὺν
στεφανηφάλοις εἰς τ φοινει-
κῶνα NB. Οἱ ποτὲ Ἰουδαῖοι Μ
Μητρόδωρ ⊖ Νεικάνορ ⊖ Δίκιλι ⊖ εἰς
τ φοινεικῶνα Χ Ζ. Φ. Μῦρμ ⊖
καὶ Κιλιαν ⊖ Μ καὶ ὅσα ἐπιτύ-
χομεν παρὰ τῷ κυρίῳ Καίσαρ ⊖
Ἁδριάνῳ διὰ Αντωνίου Πολέμω-
ν ⊖, δόγμα Συγκλήτου
καθ' ὃ δὶς νεώκοροι γεγόναμεν,
ἀγῶνα ἱερὸν, ἀτέλειαν, θεολόγους,

. . . . . .
Sub cuius prætura polliciti ſunt; Cl. Baſſus certaminum præſes Nemeſium Dearum palatium tegere, Fuſcus, opus facere minarum VII. Cherſiphron Aſiarcha hortos ad palmetum, Lucius Pompeius in palmetum Minas V. Lucius Veſtinus eam Palatij partem tegere quæ curiæ proximat & oſtia ænea facere, Smaragdus Prytanis, Fortunæ fanum extruere in palmeto, Claudianus Prytanis inaurare tectum loci vngendis Senatoribus deſtinati. Et alij in templi puluinar *ſeu locum ſupplicandi* Columnam cum capitulo tortili. Nymphidia ſacerdos ſumma, Cl. Artemilla, Cl. Polla, Claudia Niceta, Theudianus Stephanephorus II. Fl. Aſclepia, Iſidorus Sophiſta, Antonia Magna, Cl. Ariſtion, Albidia Magna Minam I. Cl. Hedia Minam I. Cl. Charis Minam I. Cl. Leontion Minam I. Cl. Aurelia Columnas ſtriatas, cum capitulis tortilibus, in Palmetum, LII. Qui nuper affuere Iudæi Minam I. Metrodorus Nicanoris F. Dicenus in Palmetum, Denariorum VII CIↃ. F. Murmus & Cilianus Minas II. & quæ accepimus à Domino Cæſare Adriano per Antonium Polemonem, ſecundum nempè Senatuſconſultum, quo tempore bis æditui eramus, Certamen ſacrum, Immuni-

ὑμνωδὸς, μυριάδας ἑκατὸν πενήκοντα, κίονας εἰς τὸ ἀλειπτήριον Συνναδίους ΤΟΒ Νουμιδικὰς Κ. Πορφυρίτας ΤΗ Κατεσκευάσθη δὲ καὶ τὸ ἡλιοκαμινον ἐν τῷ γυμνασίῳ ὑπὸ Σίξτου Ἀρχιερέως.

tatem, Theologos, Hymnorum cantores, Myriadas centum quinquaginta, Columnas in vngendi locum Synnadæas DCCCII. Numidicas XX. Porphyritas XC. Sed constructum est etiam Solarium in Gymnasio à Sexto Pontifice summo.

V.

....ΕΣΣΙΟΣ
...ΛΑΚΚΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ
ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΟΠΛΟ
ΦΥΛΑΚΙ.
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΝ
ΤΟΣ Γ. ΠΟΡΚΙΟΥ ΔΟ
ΜΙΤΙΟΥ ΚΛΕΟΔΗΜΟ..
ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΥ ΝΕΟΥ
ΣΑΓΑΡΕΙΤΟΥ.
ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΤΗΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΙΑΣ F. ΑΟΥΙ
ΔΙΟΣ ΝΙΓΕΡ ΜΗΝΟ
ΦΑΝΤΟΣ ΤΕΙΜΑΙΟΣ
ΜΑΡΚΟΣ ΤΑΜΙΑΣ ΚΑΙ
ΟΙΣΥΝΑΡΞΑΝΤΕΣΑΥ
ΤΩΚΑΤΑΤΗΝΤΟΥΔΗΜΟΥ
ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ ΚΛ.
ΡΟΥΦΕΙΝΟΣ ΚΑΡΤΩΡΙΑ
ΝΟΣ ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ
ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΕΡΩΝΥΜΟΣ
ΑΙΝΕΙΑΣ ΜΥΣΤΙΚΟΥ
ΠΟ.ΑΙΛΙΟΣ ΜΗΤΡΟΒΙΟΣ
ΝΕ. Α. ΤΟΝΝΙΟΣ ΚΑΡ
ΡΙΑΝΟΣ Μ. ΡΑ. ΡΟΥΦΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ
ΔΗΜΟΥ ΒΕΙΒΙΟΣ
ΜΕΙΠΗΤΟΣ ΝΕ.
ΟΙΚΟΝΟΜΟΣ
ΠΑΜΦΙΛΟΣ ΝΕ.
ΕΠΙΤΟΥ ΙΕΡΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΑΙ.

....essius
...laccus
Præfectus armorum,
Herculi armorum custodi.
Stephanophori magistratum gerente C. Porcio Domitio, Cleodemo
Flauiano iuuene
Sagarita.
Curator præfecturæ
F. Auidius Niger,
Menophantus Timæus,
Marcus ærarii præfectus & Collegæ
eius suffragiis populi electi
Cl. Ruffinus Cartorianus, Hermogenes
Zosimi F. Hermogenes
Æneas F. Mystici,
Pu. Ælius Metrobius
iuuenis, A. Tonnius Carrianus, M. Ra. Rufus
Scriba comitiorum
Populi, Bibius
Mipetus iuuenis
Dispensator,
Pamphilus iuuenis,
in Fanum
Beneficii.

VI.

VI.

ΑΘΝΝΑΙΩΝ ΚΑ.....ΜΙΩΝ ΟΙ
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣΕΝΔΗΗΛΩΙ
ΚΑΙ ΟΙ ΕΜΠΟΡΟΙ ΚΑΙ ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΥ ΧΑΡΙ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ
.....
.....
ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝΔΗΜΟΥΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΕΝΤΩΙΕΠΙΖΗΝΩΝΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑ
ΥΤΩΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ.

Idem.

Αθλωάιων κα.....μίων οἱ
κατοικοῦντες ἐν Δήλῳ
καὶ οἱ ἔμποροι καὶ ναύκληροι
Ἀλέξανδρον Πολυκλείτου....
ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ δικαιοσύνης
.....
.....
ἐπιμελητὴν Δήμου γενόμενον
ἐν τῷ ἐπὶ Ζηνῶνος ἄρχοντος
ἐνιαυτῷ.

Απόλλωνι.

Id eſt.

Athenienſes & ..... qui
Delum incolunt, &
mercatores & naucleri
Alexandrum Polycliti...
Virtutis & Iuſtitiæ cauſa
.....
.....
cum Procurator eſſet Populi,
anno Zenonis archontis.
Apollini.

VII.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΤΟΥΘΕΟΔΟΡΟΥΒΗΡΥΤΙΟΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ
ΘΕΟΙΣ ΠΑ
ΤΡΙΟΙΣ.

VIII.

Ο ΙΕΡΕΥΣ ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ
ΦΙΛΑΙΝΕΤΟΥ ΙΣΙΔΙ
ΟΣΙΡΙΔΙ ΑΝΙΟΥΒΙΔΙ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Id eſt.

Sacerdos Archidamus
Philæneti F. Iſidi,
Oſiridi, Anubidi,
Donarium.

IX.

.....
.....
.....ΣΙΑΝΩ ΥΜΝΩΔ.....
ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΥΜΝ.....
,,,,,,,,,,,,,,,,,,,,,,
ΕΚΠΡΟΓΟΝ.....
ΥΙΟΣ Γ. ΚΛ.....
ΠΟΜΠΗΙΟΥ
ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ
ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ
ΕΚΓΟΝΟΥ
Γ. ΚΛ. ΟΥΑΛΕΡΙΟΥ
ΛΙΚΙΝΝΙΑΝΟΥ
ΙΕΡΕΩΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ
ΚΑΙ ΑΥΤΑΡΧΟΥ
ΠΕΙΣΑΙΩΝ
ΤΟΙΣ ΓΝΗΣΙΟΙΣ
ΣΥΝΥΜΝΩΔΟΙΣ
ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ
ΚΩΝ
....ΑΓΩ.....
.....

X.

ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ ΔΙΟΜ.....ΒΛΗΣΙΟΣΘ.....
ΕΝΙΚΑ ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ.....ΕΝΙΚΑ ΑΡΤΕ.....
ΥΠΟΚΡΙΤΗΣ ΕΡΜΟΦΑΝΤΟΣ.....ΝΑΝΤΙΟΧΟΥ.....
ΕΠΙ ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥ ΚΟΙΡΑΝΟΥ ΤΟΥ ΜΑΡΣΥΟΥ ΕΡΜΩΝΤΑΡΓΗ....
ΗΓΩΝΟΘΕΤΕΙ ΜΑΝΔΡΟΚΡΑΤΗΣ ΕΠΙΓΟΝΟΥ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΑΙ.....
ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΑΙΣΙΝ.....ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ....
ΞΕΝΟΧΑΡΗΣ ΚΡΑΤΩΝΟΣ.....ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥ.....
ΞΗΝΟΔΟΤΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.....ΕΝΙΚΑ ΑΡΙΣΤ.....
ΕΝΙΚΑ ΞΕΝΟΧΑΡΗΣ.....ΑΥΛΗΤΗΣ Α.....
ΑΥΛΗΤΗΣ ΣΑΤΥΡΟΣ.....ΑΝΔΡΑΣΙΝ.....
ΑΝΔΡΑΣΙΝ.....ΕΡΜΙΑΣ ΔΗ.....
ΙΠΠΟΔΑΜΑΣ ΠΑΝΤΩΝΑΚΤΙΔΥ.....ΜΑΡΣΥΑΣ....
ΔΗΜΑΓΟΡΑΣ ΑΥΤΑΡΚΟΥΣ.....ΕΝΙΚΑ ΕΡΜ.....
ΕΝΙΚΑ ΙΩΠΠΔΑΜΑΣ.....ΑΥΛΗΤΗΣ.....

XI.

.....Ο Σ
ΝΟΣ...ΑΓΝΟΣ.....
ΠΩΝΥΜΟΥΣΕ
ΜΕΛΙΤΗΣ ΑΡΧΙΕ
ΟΥ ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΩ...
ΣΥΝΓΕΝΟΥΣ ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝ ΥΠΑΤΙΚΩΝ ΑΡΧΙΕ
ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ ΚΑΙ ΟΙ ΣΥΝΝΑΡΞΑΜ
ΤΩΤΑΜΙΑΙ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ Γ. Μ. ΜΗΝΟΔΟΡΟΥ ΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ
ΓΟΙ ΕΠΙ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ ΤΙ. ΚΛ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ Τ. ΦΛ. ΠΑΡΟΡ
Τ. ΦΛ. ΜΗΤΡΟΒΙΑΝΟΣ. ΤΙ. ΚΛ. ΠΑΝΚΑΡΠΟΣ Μ. ΑΝΤ. ΚΑΠΠΑΔ
Β ΤΟΥΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ ΔΗΜΟΥ. ΤΙ. ΚΛ...
ΤΟΣ ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΑΝΤ. ΙΠΑΤΙΟΣ ΗΡΑΚΛΕ
...ΝΟΦΑΝΤΟΥ ΟΙΚΟΝΟΜΟΣ ΒΑΣΣΟΣ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΕΠΙ
ΦΙΛΗΤΟΥ ΕΠΙ ΤΗΣ ΔΙΑΤΑΞΕΩΣ ΕΣΤΙΛΙΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥΠ
ΠΡΟΔΩΚΟΣΕΧ.....ΧΡΥΣΕΡΩΣΕΠΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥΑΓΑΘΗΜ.
ΕΠΙ ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ...ΕΙΚΙΛΣ..ΓΕΡ

XII.

XII.

Senatus Populique Delij Pſephiſma, quo Clinodemo Leboti F. Siphnio, publico ſcilicet Deliorum hoſpiti, & de eorum Templo optimè merenti, Honores decernuntur.

ΕΔΟΞΕΝ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙΤΩΙ ΔΗ
ΜΩΙ ΤΙΜΟΚΛΗΣ ΤΕΛΕΣΙΠΠΟΥ ΕΠΕ.
ΕΠΕΙΔΗ ΚΛΕΙΝΟΔΗΜΟΣ ΛΗΒΩΤΟΥ ΣΙ
ΦΝΙΟΣΑΝΗΡΑΓΑΘΟΣ ΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΕ...
ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΩΝΔΗΛΙΩΝ
ΚΑΙ ΧΡΕΙΑΣ ΠΑΡΕΧΕΤΑΙ ΚΑΙ ΚΟΙΝΗΙ ΤΗΙ
ΠΟΛΕΙ ΚΑΙ ΙΔΙΑΙ ΤΟΙΣ ΕΝΤΥΝΧΑΝΟΥΣΙΝ
ΑΥΤΩΙ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΕΣΟΑΝΕΙΣΑΥ
ΤΟΝ ΠΑΡΑΚΑΛΗΠΕΡΙ ΔΗ... ΟΥ .... ΔΕΔΟ
ΧΘΑΙ ΤΗΙΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΕΠΑΙΝΕ
ΣΑΙ ΚΛΕΙΝΟΔΗΜΟΝ ΛΗΒΩΤΟΥΟΥΣΙΦΝΙΟΝ
ΕΠΙ ΤΗΙΑΙΡΕΣΕΙ ΗΙ ΕΧΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΕΡΙ
ΙΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΔΗΛΙ
ΩΝ ΚΑΙ ΕΙΝΑΙΑΥΤΟΝ ΠΡΟΞΕΝΟΝ ΚΑΙΕΥ...
..ΓΕΤΗΝ ΤΟΥ ΤΕ ΙΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑ..
ΑΥΤΟΝ ΚΑΙ ΕΓΓΟΝΟΥΣ ΕΙΝΑΙΔΑΥ
ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΓΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΝΚΤ...
ΣΙΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΟΔΟΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ
ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΠΡΩΤΟΙΣ ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ
ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ ΑΥΤΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ
ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΔΕΔΟΤΑΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ
ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ ΤΟΥ ΤΕΙ
ΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟΔΕ
ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΗΝ ΜΕΝ ΒΟΥΛΗΝ ΕΙΣΤΟ
ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΣ ΔΕ ΙΕΡΟΠΟΙΟΥΣ
ΕΙΣ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΕΙΣ ΣΤΗΛΗΝ ΛΙΘΙΝΗΝ: ΑΠΟΛΛΟ
ΔΩΡΟΣ ΜΑΝΤΙΘΕΟΤ ΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ.

Idem, cum verſioue.

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Τιμοκλείδης Τελεσίππου εἶπεν. Ἐπειδὴ Κλεινόδημος Λεβώτου

Cenſuit Senatus Populúſque. Timoclides Teleſippi F. relationem fecit. Cum Cli-

Σίφνιος ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διατέλει περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν δῆμον τῶν Δηλίων καὶ χρείας παρέχεται καὶ καινῇ τῇ πόλει καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ τῶν πολίτων εἰς ὁ ἂν εἰς αὐτὸν παρακάλῃ περὶ δη..... Δέδοχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι Κλεινόδημον Λεβότου Σίφνιον ἐπὶ τῇ αἱρέσει ᾗ ἔχων διατέλει περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν δῆμον τὸν Δηλίων, καὶ ξεῖναι αὐτὸν πρόξενον καὶ εὐεργέτην τοῦ τε ἱεροῦ καὶ Δηλίων καὶ αὐτὸν καὶ ἐγγόνους· εἶναι δ' αὐτοῖς ἐν Δήλῳ γῆς καὶ οἰκίας ἔνκτησιν καὶ πρόσοδον πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά. Ὑπάρχειν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα δέδοται καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις τοῦ τε ἱεροῦ καὶ Δηλίων. Ἀναγράψαι δὲ τὸ δὲ τὸ ψήφισμα τὴν μὲν βουλὴν εἰς τὸ βουλευτήριον· τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς εἰς τὸ ἱερὸν, εἰς στήλην λιθίνην: Ἀπολλοδώρου Μανιθέως ἐπεψήφισεν.

nodemus Leboti F. Siphnius, vir probus, Templo Populoque Deliaco fauere non desinat, & necessaria suppeditet & publicè ciuitati & priuatìm ciuibus qui cum eo versari solent, in quantum auxilium eius imploratur; Placere Senatui Populoque collaudare Clinodemum Leboti F. Siphnium ob institutum quo perseruerat erga Templum & Populum Deliacum; & agnosci eum Hospitem publicum & beneficiorum autorem & Templo & Delijs; etiam ipsum & posteros eius. Fore item eis in Delo & prædij & domicilij possessionem & prouentum, inter Senatum Populumque, primis post Sacra. Forè porrò eis etiam cetera omnia quæ dari solent alijs Hospitibus publicis & beneficiorum autoribus Templi nimirum & populi Deliorum. Perscribito autem hoc Psephisma in Curia Senatus. Sacrificuli verò in Templo, columellâ nempe saxeâ. Apollodorus Mantithei F. suffragia collegit.

XIII.

Ο ΔΗΜΟΣ ΟΔΗΛΙΩΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ
ΛΑΟΔΙΚΗΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΑ ΔΕ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΣΕΩΣ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ
...Σ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΩΝ ΔΗΛΙΩΝ

Id est.

Populus Deliacus Reginam Laodicem Regis Seleuci F. vxorem verò Regis Persei, virtutis causa & pietatis circa Templum & beneuolentiæ erga Populum Deliacum.

XIV.


XIV.

Deliorum Pſephiſma mutilum, quo, ob merita, qualia in XII. ſupra habentur, Honores non diſſimiles, cum loci prærogatiua in Certaminibus, Mendicæo Dioclis F. Cyrenæo & poſteris eius tribuuntur.

.....
ΣΥΜ..
ΛΟΙΟΙ ΠΑΡΑ....
ΛΙΤΩΝ ΑΝΑΓΓΕ...
ΚΑΙΟΣΤΕ ΤΑΓΜΕΝΟ..
ΒΑΣΙΛΕΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ.....
ΓΑΘΟΣ ΕΣΤΙ ΠΕΡΙΤΕΤΟΙΕΡΟΝΚ...
ΤΗΜ ΠΟΛΙΝ ΤΗΝ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑΙ ΧΡ..
ΑΣ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΑΡΕΧΟΜΕΝΟΣΔΙ....
ΛΙΩΝ ΤΟΙΣ ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙΝ.....
ΚΑΙ ΚΟΙΝΗΙ ΚΑΙ ΙΔΙΑΙ ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΩΙ
ΔΗΜΩΙ ΕΠΑΙΝΕΣΑΙ ΜΕΝΔΙΚΑΙΟΝ
ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΚΥΡΗΝΑΙΟΝ ΑΡΕΤΗΣΕ
ΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΣΒΒΕΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣΤΟΝ.
ΕΡΟΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣΕΙΣΤΟΝ....
ΜΟΝΤΩΝ ΔΗΛΙΩΝ ΕΙΝΑΙΔΕΚ.....
ΤΟΝ ΠΡΟΞΕΝΟΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕ.....
ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑΙ ΑΥ...
ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΥΣ ΕΙΝΑΙ ΔΕΑΥ.....
ΤΕΛΕΙΑΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΚΑΙ.....
ΑΝΚΑΙ ΓΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚ....ΕΚΓΤΗ....
ΚΑΙ ΠΡΟΣΟΔΟΝ ΠΡΟΣ ΤΗΜΒΟΥΛΗΝ
ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΠΡΩΤΟΙΣ ΜΕΤΑ
ΤΑ ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣΑ
ΓΩΣΙ ΚΑΙ ΑΥΤΩΙ ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣΚΑΙ
ΤΑ ΑΛΛΑ ΟΣΑ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΠΡΟ
ΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ ΔΕΔΟΤΑΙ ΑΝ..
ΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΗΜΜΕΜΒΟΥ
ΛΗΝ ΕΙΣ ΤΟ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΣΔΕ
ΙΕΡΟΠΟΙΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟ ΙΕΡΟΝ.


XV.

Pſephiſmatis Deliorum haud diſſimilis fragmentum



.....ΤΟΥ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑΙ ΕΙΝΑ.....
ΩΙ ΓΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΓΚΤΗΣΙΝΚΑΙ
ΑΥΤΩΙ ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣ ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ ΑΥ
ΤΩΙ ΚΑΙ ΤΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΔΕΔΟΤΑΙ
ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΕΥ
ΕΡΓΕΤΑΙΣ ΤΟΥΤΕ ΙΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ
ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟΔΕ ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ
ΤΗΝ ΜΕΝ ΒΟΥΛΗΝ ΕΙΣ ΤΟ ΒΟΥΛΕΥ
ΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΣ ΔΕ ΙΕΡΟΠΟΙΟΥΣ ΕΙΣ
ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΤΑΝΠΟΛΕΜΟΣ ΑΜΝΟΥ
ΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ.

XVI.



.....ΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ·ΣΤΑ. ΣΕΡΑΠΙωΝΟΣ. ΧΟ ΛΛΕΙΔΟΥ.,
....ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ· ΚΑΣΙ· ΑΠΟΛΛωΝΙΟΥ: ΣΤΕΙΡΙΕωΣ.,
...ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. ΕΠΕΝΔΟΝΤΟΣ. ΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣ.,
...ΙΣΕΦΗΒΟΙΣ: ΤΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΑ· ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΝΕΛΕΥΣΙΝΙΝΕΙΚΗΣ.,

Herculis Figura locum heic in marmore habet, cum leonina veſte, claua, arcu, pharetra.

ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΜΟΛΠΟΥ ΚΗΦΕΙΣΙΕΩΣ ΕΤΟΣ ΚΓ.

Id eſt.

Coſmi Magiſtratum gerente Sta. Serapionis Collidis F. & Coſmi Magiſtratum gerente Caſi. Apollonio Stirienſe.... phrontiſtes Athenienſis Spen-

Spendontis F. Eleuſinius Adoleſcentibus Herculem, ob victoriam in Eleuſine.

Gymnaſio tunc præerat Abaſcantus Eumolpi F.
Cepheſienſis, anno XXIII.

XVII.

Sacrarum in Artemiſio erogationum recenſionis Fragmentum.

Θ. Ε.

ΛΟΓΟΣ ΙΕΡΟΣ . ΤΩΝ ΤΩΝ ΙΕΡΟΠΟΙΗΣΑΝΤ. . . . .. . ΕΠ . . . . ΧΟΝ. .
ΠΟΛΕΩΣ . ΡΤΟΥΤΟΥΠΟΛΥ.. ΣΤΡΑΤΟΥΟΝΤ . . . . ΠΕΡΕΝΙΑΥΤ . . . . . .
ΑΡΓΥΡΙΟΝΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙΠΑΡΑΙΕΡΟΠΟΙΩΝ. . . . ΕΙΣΑΓΕΤ . . . . . .
ΠΑΡΟΥΣΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣΤΟΥΤΗΣΠΟΛΕ . . . . . .
ΠΟΨΩΝΣΚΥΛΑΚΟΣΤΟΥΛΕΟΝΤΕΑΙΟΥΔΡΑΧΜΑΣ . ΜΙ* ΧΗΗΗ . . . . . .
ΕΘΕΣΑΝΕΙΣΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝΤΑΜΙΑΙΑΝΤΙΓΟΝΟΣΤΕΛΕΣΑΡ . . . . . .
. . ΕΙΛΟΜΕΝΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝΤΩΙΘΕΩΙΔΡΑΧΜΑΣ . ΜΧΧΗΗΗ . . . . . .
ΕΨΑΛΗΤΟΥΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙΣΥΝΤΩΙΤΩΝΑΥΛΗΤΩΝ
ΔΟΜΕΝΜΗΝΟΣΓΑΛΙ . . . ΙΩΝΟΣΠΑΡΟΥΣΗΣΒΟΥΛΗΣΙ . . . . ΓΡΑ . . .
Μ . ΧΧΧΧ . ΤΟΥΤΟΕΔΑΙΝΕΙΣΟΜΕΝΤΗΙΠΟΛΕΙΚ . . . Α . . Ο Ψ . . . .
ΤΕΡΟΥΔΕΥΤΟΙΣΤΟΙΣΕΝ . . . . ΑΛΛΙΑ . . . . ΑΝΑΡΟΔΑΙΕΥΚΑ . . . . . .
ΕΩΣΑΜΕΝΕΙΑΔΕΞΙΟΙΟΥΔΙΔΥΜΩΝΔΗΜΑΚΟΥΚΠΑΙΝΕ . . . . . .
ΔΗΜΟΧΑΡΟΥΣΘΕΜΙΣΤΑΤΟΡΑΙΛΑΜΙΩΝΟΣ ΔΙΑΙΤΩΙΔ . . . . . .
ΚΑΙΤΟΙΣΤΑΜΙΑΙΣΑΝΤΙΓΟΝΩΙΤΕΛΕΣΑΡΧΙΔΟΥΑΠΠΟΛΛΟ . . . . . .
ΠΟΛΥΒΩΙΚΑΛΛΙΔΙΚΟΥΙΕΡΕΚΛΕΔΕΙΠΥΘΟΙΛΕΟΥΣΠΟΛΥ . . . . . .
ΑΜΝΟΥΔΙΟΓΕΝΕΙΔΙΟΓΕΝΟΥΣ . ΔΡΑΧΜΑΣ . ΜΧΧΧΧ* . ΚΑ . Α . . . . . .
ΜΕΝ&Ε . . . . . ΝΑΛ . . . . ΕΞΕΙΛΟΜΕΝΕΙΣΤΑΕΡΓΑΜΗΝΟΣ . . Α . . . .
ΣΗΣΒΟΥΛΗΣ . . . . ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ . . . . . ΚΑΙΑΛΛΟΕΞΕΙΛΟΜ . . . . . .
ΤΩΝΔΡΑΧΜΑΣΧΧΧΧΗΗΗΗΓΔΔ . ΚΑΙΕΛΟΜΕΝΤΟΙΣΕΙΚΗΥ . . . . .
ΤΕΛΕΣΩΝΟΥΛΥΣΙΞΕΝΩΙΤΙΜΗΣΙΔΗΜΟΥΔΙΑΚΡΙΤΩΙΩΧ . . . . . .
ΤΟΥΤΟΠΑΡΕΔΟΜΕΝΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙ . ΙΕΡΟΠΟΙΟΙΣΕΥΚΛΕΙΔΙ . . . .
ΘΕΝΟΥΚΑΙΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ . . . . . ΚΑΙΓ . . . ΑΛΛ . . ΑΡ . . . .
ΚΑΛΛΙΧΑΝΓΟΥΚΡΙΗΡΟΝ . . . ΜΝΩΝΠΥΡΡΩΝΗΗΔΔΔΔΠΙΙΙ ΠΑ
ΡΑΤΟΥΡΑΜΝΩΝ . . . ΑΙΝΤΟΥΧΩΡΟΥΗΗΗΗΓΔΙ . ΠΑΡΑΑΛ . . . .
ΛΑΙΜΑΧΟΥΙΠΠΟΔΡΟΜΟΥ . ΗΗΔΔΙ . Ι . ΠΑΡΑΜΕ . . . . . ΝΥΜΟΥΩΙ . . . .
ΑΛΛΟΝΑΥΤΩΙΜΕΡΟΣ . ΔΕΡΙΟΝΑΡΑΦΙΔΟΝΝΙΟΥΚΑΙ . . . ΚΟΝ . . . . . .
ΤΟΕΜΠΑΝΟΡΜΩΙ . ΓΔ . . ΛΗΣ . . . ΝΗΣΚΑΙΑΛΚΙΜΑΧΟΥΔ . . . . . .
ΝΟΣΗΗΓΔΙΙ ΠΑΡΑΛΑΜΠΙΩΝΟΣΤΟΥΟΜΟΥ . . . . ΗΔΔΔΔΙΙΑΝ . . . ΜΟΥ . . .

ΑΣΠΗΗΗΗΗ. . . . . ΝΙΣΣΚΙΤΩΝΕΙΑΣΗΗΗ ⊢ ⊦ ΠΕΟΚΡΙ. . . . . .
ΝΟΣΚΑΙΝΙΚΑΡΧΟΣΗΗΔΔΙΙΠΟΛΥΞΕΝΟΣΑΚΡΑΣΔΗΛ . . . . . .
ΧΙΩΝΗΗΗΙΔΗΗΣΤΝΩΝΥΜΟΣΙΕΡΟΜΒΡΟΤΟΥΠΕΡΚ. . . . . .
ΣΟΣΙΜΧΧΕΙΩΝΙΔΔΙ. ΤΙΜΟΣΤΡΑΤΟΣΤΠΕΡΑΡΙΣΤ . . . . . .
ΑΛΛ..ΔΙ . . . . ΑΑΙ . . . Δ. Ε. ΑΝΝΕΠΙΣΘΕΝΗΣΤΗΣΑΡΚΕΔΛΛΠΓ . . . . . .
ΣΟΥΘΕΟΔΩΡΟΣΟ . . . . . ΑΥΤΟΥΙΕΡΟΣΙΔΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ . . ΗΣ. . . .
ΟΛΕΙΔΗΣΤΩΝΑ . . . ΔΡΩΝΟΝΙΔΔΙΙΙΕΥΤΥΧΟΣΕΤΙΣΘΕΝΕΙΔ . . . . . .
ΝΟΣΙΔΔ ΗΠΑΡΑΤΩΝΤΟΥΑ. ΝΑΡ . . ΣΔΔΔΔΠΙ. Ι Ι. Ι. . . . . ΘΕΟΡΥ . . .
ΘΕΟΡΥΛΟΥΤΟΕΠΙΒΑΩΝΑΥΤΟΙΣΤΗΣΕΓΓΤΗΣΕ. . . . . .
. . . . . Υ Σ. . . . . .
ΛΙ . . ΟΔΙΕΙΣ . . . ΕΙΤΑ . . . . ΤΩΝΤΑΣΓ . . . . ΤΕΛΗΠΡΙΑΜΕΝΩΝΤΟΥ . . .
ΔΔΠ . . . ΤΟΥΠΟΡ . . . . . ΤΟΤΤΟΥΕΣΜΥΙ . . . ΟΝΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣΔΔ. ΤΩΝ
ΝΟΜΙΩΝΤΗΣΙΣΟΝΟΥ. ΔΑΚΑΤ . . . . . Μ . . . . ΥΤΟΥΕΙΣ . . . . . ΜΙΣ . .
ΤΩΝΣΠ . . . . . ΩΝΤΩΝ . . . ΑΛΙΣΕΡ . . . . ΕΚΤΑΓ . . . . . ΟΜ . . . .
ΠΙΚΑΛΩΝ . . . . Δ . . . Η . . . . . ΙΚ . . . . . ΟΝ . . . . . .
ΑΥΤΟΔΕΑΛΛ . . . . . ΜΟΝ . . . . . ΚΙ . . . Γ . . . Σ . . . ΥΠΩ
ΣΙΩ . . . ΤΩΝΕ . . . . . ΝΓΑΡΑΜ . . ΕΟΝΤ . . . . . .
ΤΗΣ . . . . Σ . . . ΗΡΕΙΩ . . . . . Τ . . . . ΣΣ . . . . . .
ΚΗΘΙΣ . . . . ΓΗ . . Τ . . Ω . . . . . ΘΩΝΑΝΕΟΡ . . . . .
ΣΙ . . . . . ΟΣΠΙΙΙ . . . . ΑΔΙΟΥΤΟΥΑΓΟ . . . . . .
ΣΟ . . . . . ΣΧΑΤ . . . . . ΑΙΡ . . .
ΑΝΤΙΓΟΝΟΥΚΑΙΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ . . . . .
. . ΤΩΝΕΠΙΣ . . . . . Ω . . ΟΣΟΥ . . . . . .
ΣΤΗΣΙΘΕΩΝ
. . . . . ΤΟΥ ΤΕΣ . . . . . .
. . . . . ΣΤΡ . . . . . .

XVIII.

ΦΙΛΙΣΤΑΝ ΜΕΜΝΩΝΟΣ

Ο ΔΗΜΟΣ.

Super figuram muliebrem ſtolatam; ad cuius vtrumque latus, figura puerilis.

XIX.

. . . . . ΟΥΤΜΟΣ ΗΡΑ
ΚΛΕΙΔΙΑΝΟΣ
ΕΤΩΝ ΙΗ ΗΡΩΣ
ΤΑΤΕΙΝΕΠΟΙΗΣΕΝ.

Figuræ inciſæ; virilis nuda, ſiue equum ducens ſiue frena tenens; & arboris è cuius ramis prodit anguis.

XX.

Amilla Matrei F. monimentum ſibi, Aſclepiadi coniugi, & poſteris condit; præſcriptis etiam Legibus Sepulchralibus. *Sed quadratarij errores immanes ſunt.*

ΑΜΙΛΛΑ ΜΑΤΡΕΟΥ ΖΩΣΑ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣ
Ε ΕΑΥΤΗ ΚΑΙΤΩ ΣΥΝΒΙΩ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΤ
Ο ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΘΡΕΜΜΑΣΙ ΚΑΙ
ΕΓΓΟΝΟΙΣ ΑΥΤΩΝ ΚΑΙ ΘΡΕΜΜΑΣΙ. ΕΙ
ΣΤΗΝ ΣΟΡΟΝ ΜΟΥ ΜΗΔΕΝΑ ΕΤΕΡ
ΟΝ ΒΛΗΘΝΑΙΕ.....ΗΝΕΝΕΣΤΙΟΣΥΝ
ΒΙΟΣ ΜΟΥ ΠΛΗΝΕΜΟΥ. ΕΑΝΔΕ ΤΙΣ ΒΑ
ΛΗΔΟΤΩΤΗ ΖΜΥΡΝΑΙΩΝΓΕΡΟΥΣΙΑ
Α. ΤΑΤΙΟΝ ΔΕ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΕΑΝ ΒΟΥ
ΛΗΤΑΙ ΤΕΘΗΝΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝΟΕΙΣΑΣΟΡ
ΟΝ ΕΑΥΤΗ ΒΛΗΘΣΕΤΑΙ ΜΟΝΗ ΚΑΙΟΥΚΕΞΕΣΤ
ΑΙ ΑΥΤΗ ΑΛΛΕΝΘΕΙΝΑΙ ΟΥΔΕΝΑ ΟΥΤΕ ΚΛΗΡΟΝ
ΟΜΟΙΣ ΑΥΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΕΑΝΔΕΕΤ
ΕΡΟΝ ΤΙΣ ΘΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΟΡΟΝ ΑΥΤΗΣ ΟΜΟΙΩ
ΣΔΩΣΕΙ ΤΗ ΓΗΡΟΥΣΙΑ ✕ Α. ΕΠΙΤΡΕΠΩΔΕΤ
ΟΙΣ ΘΡΕΜΜΑΣΙ ΜΟΥΕΑΝ ΒΟΥΛΩΝΤΑΙ ΣΟΡΟΥ
Σ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ ΔΙΑΤΟ ΚΑΙ ΣΥΝΕΙΣΕΝΗΝΕΧΕ
ΝΑΙ ΕΙΣΤΗΝ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΝ ΤΟΥ ΜΝΗΜΕΙΟΥ
ΕΞΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΥΜΝΕΣΟΤΕΡΩΝ ΔΩΡΕΑΝ ΗΡΓΑ
ΣΜΕΝΟΣ ΤΟ ΜΕΣΟΝ ΕΣΣΟΡΙΝ ΤΟΙΣΔΕΚΛΗΡΟ
ΝΟΜΟΙΣ ΜΟΥΟΥΚΕΠΑΚΛΟΥΘΗΣΕΙ ΤΟΥΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝ

XXI.

Θ. Κ.
ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ
ΓΛΥΚΩΝΙ ΚΑΙ
ΤΕΚΤΥΛΛΕΙΝΗΙ
ΓΝΗΣΙΟΙΣ ΚΑΙ
ΠΙΣΤΟΙΣ ΑΠΕΛΕ
Π·ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΣΩΤΗΡΙΧΟ

XXII.

XXII.

In altero latere saxi oblongi.

ΟΔΗΜΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΓΕΡΟΝΤΙΔΝΝΘΕΟΔΩΡΟΥ

In altero, Crucis amplioris figura.

In tertio.

✠ ΙωΑΝΝΗC ΡΟΥΦΙΝΟΥ CΜΥΡΝΑΙΟC
CΥΜΒΟΛΑΙΟΓΡ .. ΔωΡΗΣΑΜΗΤΟΚΗΠΙΟΝ
ΤΟΥΤΟ ΘΕΟΔωΡω Τω ЄΜωΓΝΕΕΚΓΟΝω
✠ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚω ΥΙω ✠

XXIII.

ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΥ ΗΡΩΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΝ ΑΥΤΩ
ΑΠΟΚΕΙΜΕΝΗΣ ΣΟΡΟΥ ΠΡΟΚΟΝΝΗ
ΣΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΠΑΝΤΩΝ
ΚΗΔΟΝΤΑΙ ΟΙΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΕΡΟΥΣΙΝ
ΚΑΤΑ ΓΕΝΟΣ....ΑΣΤΡΙΚΙΟΣ ΑΤΤΙΚΟΣ
...ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣΟ ΚΑΙ
....ΜΙΑΝΟΣ Ο ΗΡΩΟΝ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑ
....ΟΙ ΠΡΟΠΑΠΠΟΙ ΑΥΤΩΝ ΚΑΣΤΡΙΚΙ
...ΟΣ ΚΑΙ ΡΑΡΙΑΝΟ...ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΕΠΙ
....ΡΗΣ ΕΞΣΦΡΑΓΙΣΜΑ ΑΠΟΚΕΙΤΑΙ ΕΙΣ
....ΕΙΟΝ ΧΡΕΟΦΥΛΑΚΙΟΝ

XXIV.

XXIV.

ΔΙΟΥ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ
ΑΥΔΙΟΣ ΤΙΜΟΚΛΗΟΥΣ
ΑΙΟΣ ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΟΣ ΚΑΠΕ
ΩΝ ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΟΣ Α
ΕΝ ΗΜΑΤΩΝ ΟΙΣΥΝ
ΕΝ ΑΝΔΡΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙ
ΙΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ ΗΡΩ
ΦΟΡΟΣ ΝΗΩΤΕΡΟΣ

XXV.

ΜΑΡΚΩΙ ΤΩ.....
ΕΣΠΕΡΩΙ ΕΠΕΜΕΛΗ
ΘΕΝ ΤΩΝ ΜΑΡΚΟΥ ΤΟΥ Κ.
ΛΙΟΥ ΠΡΕΙΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡ
ΚΟΥ....ΤΟΥ ΣΑΤΥ...
ΟΥ ΕΣΠΕΡΕ ΧΑΙΡΕ.

XXVI.

Τ. ΑΙΛΙΟC
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗC
ΚΑΙ ΑΙΛΙΑ ΦΙΛΗΤΗ
ΚΑΙ ΤΟΥΤΩΝ ΟΙ ΥΙΟΙ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΙΟ ΚΑΙ
ΚΡΟΝΙΟC
ΦΙΛΟΥΜΕΝΩ
ΕΤΩΝ ΙΕ
ΜΗΝΩΝ Γ
ΗΜΕΡ. ΚΖ
Μ. Χ.

XXVII.

ΚΟΚΚΕΙΑ
ΚΡΗΣΤΗ
ΕΤΩΝ. ΙΕ. Μ. Β.
Η ΜΕ. ΚΓ.

XXVIII.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΙΗΤΗΡ ΑΓΑΘΗΜΗΡΟΣ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΠΑΝΤΟΙΗΣ ΔΕΔΑΩΣ ΚΡΑΙΠΝΟΝ ΑΚΕΣΜΑ ΝΟΣΟΥ
ΞΥΝΟΝ ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΜΟΙ ΚΑΙ ΜΥΡΤΑΛΗ ΕΙΣΑ ΣΥΝΕΥΝΩ
ΜΝΗΜΑ ΜΕΤ ΕΥΣΕΒΕΩΝ ΔΕ ΕΣΜΕΝ ΕΝ ΗΛΥΣΙΩΙ.

Idem;

Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθήμερος ἐνθάδε κεῖμαι,
Παντοίης δεδαὼς κραιπνὸν ἄκεσμα νόσου.
Ξυνὸν τοῦτο δέ μοι καὶ Μυρτάλῃ εἶσα συνεύνῳ
Μνῆμα. Μετ' εὐσεβέων δὲ ἔσμεν ἐν Ἠλυσίῳ.

Tam Claudij Agametheri quam Myrtalæ Coniugis figura, ſupra verſiculos, adjicitur.

XXIX.

ΠΡΕΙΜΑΤΗΙΔΙΑ ΓΥΝΑΙ
ΚΙ..ΛΕΟΝΤΑC ΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΙΟΛΙΟΥ ΚΕΛCΟΥ ΠΟΛΕ
ΜΑΙΑΝΟΥ ΔΟΥΛΟC
ΚΟCΜΙωC ΚΑΙΑΜΕΝ
ΠΤωC CΥΝΖΗCΑCΗ
ΑΥΤωΕΤΗ ΔΕ,ΚΑ ΤΟ
ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ΕΚΤωΝ
ΙΔΙωΝ ΕΠΟΙΗCΕ
ΤΟΥΤΟ ΤΟΜΝΗΕΕΙΟΧΙΕΧΕΙ
ΕΙCΟΔΟΝ ΚΑΙ ΕΞΟΔΟΝ

Hactenus Græca. Sequuntur ex Latinis, etiam Arundellianis, selecta aliquot.

I.

BONAE DEAE VENERI CNIDIAE
D IVNIVS ANNIANVS HVMENAEVS ET IN VICIA SPIRAEPII AEDIMIANA.

Habetur in Fronte sive porticus sive ostij, vt videtur, Fani.

II.

M. ANNI AVCTI , ET
SEMPPONIAE SCVRRAE
IN FR.CVM VSTRINO P. LII.
IN AGRO P. XXIII.
M. ANNIVS M. ANNI FELICIS. F.
SATVRNINVS VIX. ANNXIIX PIVSET
SANCTVS IS EREPTVS MATPINEC
ILLAE POTVIT GRATIAM REFERRE.

III.

III.



IV.

P. I... VPVLLIVS. P.E.Ↄ.L. APOLLONIVS
Θ CARRIA.Ↄ. LANDROMACHA
BETVTIA. Q. L. FAVSTA
C. VICRANVS. SECVNDVS
.....
.....
CEPCENIA. M. I. VRANIO.

IV.

V.

D. M.
P. AELIO. AVG. LIB.
ERASINO DVLCISSIMO
ET PIENTISSIMO
AEMILIA. HELENE CONIVNX
ET P. P. AELII. AVG. LIB.
MVSICVS ET HELENVS FILII
FECERVNT ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBER
TABVSQVE POSTERISQVE EORVM
ITA NE LICEAT HVNC MVNIMENTVM VENDERE
VEL DONARE. QVOD SI FACTVM FVERIT
VTRISQVE ARK. PONTIFICVM
H-S XXX. M. N. POENAE NOMINE
INFERET. H. M. D. M. A.

VI.

SILVANO SACRVM SODAL
EIVS ET LARVM DONVM
POSVIT TI CLAVDIVS AVG
LIB FORTVNATVS A
CVRA AMICORVM
IDEMQVE DEDICAVIT
ET EPVLVM DEDIT
DE CVRIS N. IIII.
K. AVGVSTIS C. M. N
CIO FVNDANO ET
C. VEITENNIO SE
VERO. COS.

VII.

QVINTVM ANNVM DECIMVM
NARCISSVS FLORE IVVENTAE
HOC IACET ABREPTVS
CONDITVS IN TVMVLO
QVISQVIS ADES LECTOR
FATVM MISERABILE CERNIS
PARCAE NAM IMPVBEM QVEM
RAPVERE MIHI
MAEPET CARA SOROR
QVAE FRATREM LVGET
ADEMPTVM
MATER HABET NATVM
HORVM LVX CANDIDA
TORQVET
HIC SEPTIMVM DECIMVM
FRVMENTVM PVBLICVM
ACCEPIT
IXVM DECIMVM

VIII.

L. SESTIVS
SOTERICVS SIBI
ET SESTIAE PRISCAE
COLLIBERTAE ET
CONIVGI SVAE BENE
MERENTI CVM QVA
VIXIT ANNIS XXX:
DE QVA NIHIL DOLVIT
NISI MORTE
ET. T. TITIO BASSO AMICO
SVO HOMINI OPTIMO
ET SINGVLARIS EXSEMPLI
ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE
SVIS POSTERISQVE EORVM
IN FRONTE P. XII. IN AGRO P. XII.

IX.

DISMANIBVS
ANCHARIAE AMPELIDI
FECERVNT
M. ANTONIVS M.
ANTONI M. F. FLORI
LIBERTI APRILIS LIBERTVS
POTHINVS CONIVGI
SVAE CARISSIMAE
MERENTI DESE ET
M. ANTONIVS ANTONI
POTHINI FILIVS CLAVD.
IVSTVS MATRI SVAE
PIISSIMAE ADQVE
INDVLGENTISSIMAE

X.

SEX. TITIENVS. D. L. EROS
SI.
P. CLODIVS. P. L. TELAMO. SIBI. ET
P. CLODIO. P. L. CORINTHO. CONLIBER.
ET. CHIAE. L.
C. IVNIVS. AP. CL. SENO. SIBI ET
EVARISTO. L. ET CORNELIAE. Ↄ. L. SECVNDAE
C. FANNIVS. C. L. ALEXANDER SIBI ET
CRENVSAE. ET INACHOL.

Marmorum Arundellianorum
Finis.

Auctariolum aliundè collectum.

Ex Inſcriptionum, in Oriente repertarum, Exemplari ante octennium communicato.

I.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
Μ ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΟΥΗΡΟΝ
ΕΥΣΕΒΗ ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΑΒΙΑΝΟΝ
ΑΔΙΑΒΙΝΙΚΟΝ ΠΑΡΘΙΚΟΝ
ΜΕΓΙΣΤΟΝ * ΗΒΟΥΑΙ
ΚΑΙ ΟΔΥΜΟΣ ΤΟΝ
ΝΕΩΚΟΡΟΝ
ΠΕΡΙΝΘΙΟΝ.

Id eſt.

Cum Bona Fortuna;
Imperatorem Cæſarem
M. Septimium Seuerum
Pium, Pertinacem,
Auguſtum, Arabianum,
Adiabenicum, Parthicum,
Maximum, Senatus
Populuſque
Ædituorum Perinthiorum.

* ἡ βελὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν νεωκόρων Περινθίων.

II.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗ
ΑΥΤΟΚΡΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡ
ΘΙ ΚΟΥ ΥΙΟΝ ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΥΑ ΥΙΩΝΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙ
ΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ * ΔΙ ΜΑΡΧΗΙΚΙΙΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟΙ.
ΥΙΙΑΤΟΝΤΟ Γ.

* δημαρχικῆς.

Id eſt.

Cum Bona Fortuna;
Imperatorem Cæſarem Diui Traiani Parthici filium, Diui Neruæ Nepotem, Traianum Hadrianum Auguſtum, Tribunitiæ poteſtatis X. Coſ. III.

III.

III.

Habetur etiam in eodem exemplari Inſcriptio Chriſtiana cuius elementa perperam connexa, inuerſa, ſcandentia, mutila, nimiam vocabulorum pariunt obſcuritatem. Quatenus tamen per typos licuit, diſtincta illa repræſentamus, vnde de ſenſu hariolari difficile non eſt.

✠ ΕΙΤΙCΘΕΛΗCΗΗΠCΡΑΘΗΔωΝΑΙΤΗΙΜΟΝΗΝΤΑΥΤΑΤΝΥΓΘΚωΜ . . ΤΚΤΜ
ΕΤΟΧΙΑΥΤΗΕΙCΜΕΤΟΧΙΟΝCΤαMΟΝΗΜΕΓΑΛΗΜΙΚΡΑΗΕΙΤ;V ΥΗSΓΗΟΙΗ
ΔΕξΟVΟΙΤωΤΟΕΧΕΤωαυςΤΑCαρ . . ΤωΝΑΤ . . ΙΗΘΕΟΘΟΡΠΡωΝΚΑΙΕΜωΤωΑΜΑ
ΡΤωΛωΙωωΜΟΝΑΧω:ωCΑΥΤ;ΚΑΤΠΓΘΚΟΝΑΝΤΙΔΙΚΟΝΕΝΗΜΕΡΑΚΡΙCΕωC ✠.

✠ΜΗΝΙΙ..... ω V... Η:ΕΤωCΚωΛΓ✠

Senſus, puto, eſt.

✠ Si quis erga Monaſterium Sanctiſſimæ Dei Genitricis beneficus extiterit, eum Monaſterij, ſpiritualium ſcilicet eiuſdem bonorum, participem illa faciat. Qui damnum intulerit, ſortiatur is tum Sanctorum patrum tum mei peccatoris Ioannis Monachi imprecationes; vt nempè & ipſe ſanctiſſimam Dei Genitricem aduerſariam habeat in die Iudicij ✠
✠ Menſe I..... o...die, ...anno *(ni fallor)* VIMDCCCXXXIII✠

In Brigantum item agro, ante annos aliquot reperta tria, quæ ſequuntur, debemus V. Cl. Guilielmi Camdeni τῦ μακαρίτυ *collectaneis quibus Britanniam ſuam augere deſtinauerat.*

IV.

FORTVNAE CONSERVATRICI

V.

V.

DEAE NYMPHAE BRIG.

VI.

DEO. QVI. VIAS.
ET SEMITAS COM
MENTVS EST T.IR
DAS. S. C.F.V.L.L. M.
Q. VARIVS. VITA
LIS ETECOS ARAM
SACRAM RESTI
TVIT
APRONIANO. ET BRA
DVACOS.

Repertum est apud Thornburgh *ad Swalæ Fl. ripam,* 17. *Julij* 1620. *quod, schedula inserta, notauit* Camdenus *ad Britanniæ suæ paginam* 595.

VII.

DEO
SILVANO
L.TANICVS
VERVS
PRAEFVS L. L.M.

Sua manu adiecit Camdenus, *in margine pagi-*

næ 699, hanc Siluano inſcriptionem ad Cadir *in agro Sterlinenſi, qui Scotiæ eſt, cum alijs, quas inde ediderat, viſendam.*

Ebraicarum Inſcriptionum Fragmenta quæ dirutâ ante decennium, ad refectionem, portâ Londini boreali, *Alderſgate* dictâ, in veteris ſtructuræ ſaxis ſingulatim reperta ſunt.

I.



II.



III.



IV.



Auctarioli Finis.

Ad

Ad
Marmora Arundelliana,

et, quæ ſupra repræſentantur, cetera,

IOANNES SELDENVS.

Ad veteres Græcorum Epochas,

I. *Apparatus Chronologicus.*
II. *Notæ Hiſtoricæ.*
III. *Canon Chronicus.*

VT ſatis intelligantur clariora vetuſtiſſimæ, quam Marmori debemus, Epocharum deſcriptionis veſtigia & vſui faciliùs accommodentur, Tria inprimis neceſſariò prælibanda duximus; *Apparatum Chronologicum, Notas Hiſtoricas, & Chronicum Canonem*. Ad primum rectè inſtituendum, Tria item aperienda ſunt & argumentis, pro viribus, firmanda. Annorum nempè quibus Tempora putantur, ratio; Annus in quem Termini, ad quos interualla deducuntur, ſiue citeriora calculi parapegmata inciount; & demùm Aſtyanactis archontis Parij (ita enim mutilum illud in fronte nomen ſupplere liceat) & Diogneti Athenarum archontis ἐπωνύμων initia; quibus porrò accedat de archontum ceterorum, quorum annis ſingulis Epochæ notantur complures, quantum ſanè fieri poteſt, initijs & finibus indicium. Horum enim quodpiam quo minùs ſcimus eo, in Epocharum & interuallis & parapegmatis, vt magis cæcutiamus neceſſe eſt. Athenienſibus, ad quorum tempora omnia planè heic exigenda ſunt, quemadmodum & pleriſque alijs gentibus, in vſu fuiſſe annos tum Naturales, ſeu hierophanticos, tum Ciuiles, ſeu populares, tam certum eſt vt de ea re dubirari nequeat. Naturales dico, quos Tropicos eſſe ſeu Aſtronomicos, id eſt, circulari Solis ἐπὶ τὰ ἐπόμενα motu terminatos credebatur. Atque redeuntis ævi conſtans, communis, & æquabilis menſura hi erant; ſyſtemata nimirùm dierum CCCLXV & plerunque quadrantis, qualia ſunt ipſi Iuliani quibus hodiè vtimur; aut eis proximantia. Horum, ante alios, inſignis eſt teſtis autor vetuſtiſſimus Geminus. Ciuiles anni erant Lunares, qui ſcilicet Feſtis celebrandis, Magiſtratibus ineundis, creditis, vſuris, ſtipendijs, penſionibus ſoluendis & id genus alijs, ſtatis temporibus, perficiendis aptati, inæquales quidem

quidem fuere, adeò vt Communes Naturalibus, diebus aliquot, essent minores; Embolimæi, pro emboliſmi varietate, pluribus maiores. Vtrique tamen ita diſpoſiti erant, vt, per ſolennes integrorum, ſuis locis, menſium emboliſmos & dierum, ad patrium ritum, proſthaphæreſes, poſt certam annorum Naturalium abſolutam periodum, ab eodem naturali initio denuò Ciuiles redintegrarentur & vtriuſque ſyderis rationum ciuſmodi fieret pariatio quæ in orbem deinceps ſimilitèr rediret. Lunarium horum annorum, puto, quantitas primò dierum erat CCCLX, quot ſcilicet menſes pleni XII conficiunt. De hiſce capio Herodotum in Clio, ſeu Solonis ibi de infelicitate humana ad Crœſum orationem. Neque verò Lunares appello, perinde ac ſi veris Lunæ motibus is numerus dierum reſpondiſſet. Sed, rudi hactenus Mathematices in Græcia æuo, menſtrui Lunæ motus quàm annui Solis imperitiores non minore quàm XXX dierum ſpatio Lunam circulum ſuum peragrare falſò autumabant &, ad eum calculum, neomenias, exactiori artificio carentes, & cetera tam ſacra quam ciuilia celebrabant. Poſtea, exploratâ, quæ vero proprior erat, menſis atque anni Lunaris quantitate, diebus CCCLIV, cum horis & ſcrupulis appendicibus Ciuilis annus terminabatur, poſt certas etiam (vti vetuſtior) periodos, anno Solari ſeu Naturali per emboliſmos & proſthaphæreſes conciliatus. Atque, ad huius generis formulas, annis eorum peractis, primò in Trieteridibus naturalibus, dein Tetraeteridibus, poſtmodum Octaeteridibus Cleoſtratea & Harpalea, inde in Metonica Enneadecaeteride ſeu cyclo decemnouennali & demùm in Callippica Hebdomecontaexateride ſeu cyclo annorum LXXVI, (neque enim infra autoris noſtri marmorei ævum deſcendimus) vtriuſque ſyderis circulares motus & tempora ab ijs menſurata, pro vario cyclorum artificum ingenio, æquabantur. Et de hiſce Cenſorinus ſatis, ad rem noſtram, de Die Natali capite XVIII. Sed verò non ſolùm adinuicem erant inæquales ciuiles anni ſeu Lunares, verum etiam ipſa inæqualitas per frequentem periodorum nouationem & & multiplices artificum errores adeò incerta erat & tumultuaria, vt, ſuperioribus maximè ſeculis, Feſta ſua, variatìm inde reuertentia, ne ipſi quidem Dij (vt lepidè, apud Ariſtophanem in Nubibus, conqueritur Luna) cognoſcerent; Sed, cum ſacrarum epularum lautitias, ſiue ad verum Lunæ motum ſiue ad elapſi vltimò anni rationem, expectabant, τῆς ἑορτῆς, ob dierum ſiue anticipationem ſiue comperendinationem, *μὴ τύχοντες καὶ τῆ δείπνε ψευσθέντες tam feſto die quam epulis fruſtrati* redirent ieiuni, eoque nomine Lunæ ipſi grauitèr minarentur. Quin poſteà quàm propiùs ad veras Lunæ rationes acceſſerant nouæ periodi, ita vt non tam diſſimiles locos neomeniæ, panegyres, & feſta quotannis redeuntia ſortirentur; eiuſmodi nihilominùs manſit Communium & Embolimæorum inæqualitas atque ea alternationis diſparitas, vt ne ſic quidem communis menſuræ omninò præſtare potuiſſent officium ſine accuratiſſimâ ſimùl emboliſmi cuiuſlibet, præter id genus cetera quæ inæqualitatem pariebant, cognitione, quâ operoſius vix quidquam erat in calculo, aut in turba periodorum incertius. Quamobrem, tametſi Anni vocabulo, vbi veteribus

Græcis

Græcis de ſtipendiorum, verbi gratiâ, ſolutionis tempore, quod ad ciuilis anni rationem accipiendum erat, verba fiunt, Lunaris denotatur (cuius rei expreſſiſſimum eſt apud Ariſtotelem in Oeconomicorum ſecundo, vbi Cleomenis fraudem memorat, exemplum) attamen, interuallis per annos generatim deſignandis, alium quàm Naturalem ſeu Solarem annum, æquabilem ſcilicet, ſtabilem, communem & notiſſimam menſuram, Scriptorem apud eos quempiam, adeoque inter eos Autorem noſtrum, adhibuiſſe credibile puto non eſt. Maximè autoris noſtri ſeculo; quod in periodum Calippicam primam, vt mox demonſtrabitur, incidit, cui, vti & proximè ſaltem ſuperiori, non modo ad æquandam Lunarium anomaliam ſed etiam ad annos ſimplicitèr deſignandos, Solares in vſu fuiſſe manifeſtum eſt. Inde annus abſolutè Platoni in Timæo dictus, Solaris eſt. *Lunæ motu Menſis*, inquit, *conficitur*, ἐνιαυτὸς δὲ ὅταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περίβολον κύκλον *annus vero poſtquam Sol ſuum abſoluerit circulum* quod nec de alio anno ſolari quàm quo nunc vtimur intelligit, ad eundem, ſcriptor vetuſtus Chalcidius. Neque de alio ſane anno loqui Ariſtotelem, ſummorum aliquot virorum pace, exiſtimo, vbi, temporum ſpatia explicando, dies duntaxat CCCLX, numero rotundo, annuæ tempeſtati tribuere videatur. Libro VI, de Hiſtoria animalium capite XX, Κύες inquit, ἡ μὲν Λακωνικὴ (κυῶν) ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡμέραι ἑξήκοντα· κύει ἄρα μῆνας ἕξ ἢ δυοῖν ἢ τριοῖν πλείονας ἡμέρας, καὶ ἐλάττους μιᾶς, *Geſtat vterum canis Laconica, ſextam anni partem, quæ ſexagenis ex diebus conſtat; quanquam vno alterone, aut tertio die plures; paucio-*

res vero vno, vt rectè vertit Iulius Scaliger & Theodorum Gazam, qui *aut vno vel altero die plus minuſue* habet, in corruptum notat incidiſſe exemplar. Et paulò pòſt etiam Ariſtoteles, ἔνιαι δὲ κύνες τῶν κυνῶν τὸ πέμπτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡμέραι ἑβδομήκοντα καὶ δύο, *Nonnulla canes vterum ferunt quintam anni partem, id eſt, dies* LXXII. Annus hicc Solaris intelligitur. Neque enim, aut Ariſtotelis æuo aut eo quod eum præceſſit, Lunaris tot dierum ſyſtema eſſe credebatur; quod ex periodorum Cleoſtrateæ, Harpaleæ, Metonicæ, etiam Calippicæ (nam poſt eiuſce etiam initia Ariſtoteles circa ſexennium vixit) ratione ſatis deprehendiur. Scio locum illum, ad æquabilem Græcorum annum, vti appellatur, Minorem, trahi ab incomparabili viro Ioſepho Scaligero. Atqui nec de ipſo anno, ita ei dicto, mihi quidem perſuadet. Ingenioſiſſimum agnoſco inuentum. Sed qua ratione veterum teſtimonijs ita ſubnitatur, vt fides ei ſit habenda, nondum ex eruditiſſimis eius lucubrationibus, quarum nec indiligens fui, mihi compertum eſt. Sed verò neque Ariſtotelem ex tot ſolùm diebus annum Solarem conſtitiſſe quis, ſine ſumma in magnum philoſophiæ parentem iniuria, autumet. Nam tum in Metonica enneadecacteride tum in hebdomecontaexaeteride Calippi (quibus vtriſque labentibus floruit Ariſtoteles) annum Solarem dierum fuiſſe CCCLXV, præter horas appendices, ab eo ignorari planè nequibat. Sed rotundè ad morem loquutus eſt vulgi, quod, vtcunque receptâ, ob æquationem & temporum per ſecula dinumerationem, accuratiori anni Solaris quantitate, atque eâ quæ a vero propiùs aberat; exprimendis tamen anni partibus, quibus agriculturæ, vte-

ri geſtationis & id genus aliorum tempeſtates menſurabat, eiuſmodi dierum numerum qui maxime multiplices haberet ex diebus integris conflatas partes, vnde ſcilicet diuiſioni eſſet commodiſſimus, vti fieri amat, retinebat; quinque, qui appendices erant, diebus eo quod multiplicem diuiſionem impedirent, non minùs quam horis & momentis, neglectis. Nam etſi quinta pars anni Solaris, ſiue Metonici ſiue Calippici, dies habuit $\overline{\text{LXXIII}}$, atque ita totidem dies pro quinta anni parte vulgo vſurpari potuit; attamen, ſi ad eum modum porrò ſupputaſſent, nullam aliam ex diebus integris conſtantem habuiſſent; ſed in diuiſione, ſeu partium pro vario vſu, indicatione, ad momenta non ad dies ſatis incommodè neceſſariò numerâſſent. Sed notiſſima plerunque fuit numeri $\overline{\text{CCCLX}}$, vt etiamnum eſt in calculo Aſtronomico, commoditas. Aliàs autem integer annus, vt communis erat interuallorum menſura, ſolis integra reuolutio Ariſtotelı æſtimabatur. Et tralatitium ſatis eſt numeros rotundos, momentis quæ calculum turbarent prætermiſſis, vbi perneceſſaria non ſunt, adhiberi. Id ipſum ferè quod hcic Ariſtotelem feciſſe cenſemus, fecit olim Gregorius Magnus, cum dies $\overline{\text{XXXVI}}$ anni Iuliani pars decima ei habiti ſunt; vti videre eſt Homilia eius $\overline{\text{XVI}}$. ad Euangelia & Diſt. 5. de conſecratione c. 16. Neque aliud Iuriſconſulti Romani qui, in eodem anno, menſtruum tempus ſimpliciter dictum nec termino dici quoti, à quo, ſignatum, triginta tantùm dicbus, atque hiſce multiplicatis menſes plures metiri ſolent, quod habetur C. de jure deliberandi l. 22. § 1 & 2. Idem docet Alexander Conſilio 114, Alciatus ad l. 98. Cum biſſextus D. de verborum ſignificatione, alij. Haud alitèr, opinor, intelligendum eſt illud Cleobuli, de duodecem anni filijs quorum ſingulis triginta filiæ, ænigma Græcum quod in diſputationibus de anno Græcorum afferri ſolet; niſi forſan ad ſuperiora ſecula, quibus annum Lunarem reuera (dicbus $\overline{\text{CCCLX}}$ confici creditum eſt, ſpectet. Nec quid aliud innuere videtur togatorum ille doctiſſimus Varro vbi, apud Nonium, tot ſcribit ſtatuas æneas Demetrio Phalereo Athenis dicatas,

Quot luces habet annus abſolutus.

Signantèr dicit *annus abſolutus*. Non pro eo quod eſt annui Solaris motus tempus abſolutè finitum, ſed pro abſoluto illo & rotundo dierum numero, qui, diebus illis multiplicem diuiſionem minimè ferentibus liber & abſolutus, annum menſurare vulgò ſolebat. Inde eſt quod ſtatuarum numerus erat $\overline{\text{CCCLX}}$, vti à Plinio libro $\overline{\text{XXXIV}}$, capite $\overline{\text{VI}}$, docemur. Sed quod addit Plinius *nondum anno hunc numerum dierum excedente* ab hoc ipſo Varronis loco perperàm intellecto emanâſſe ſuſpicor & temerè viro alioquin ſcientiſſimo excidiſſe. Neque enim huiuſmodi anni ſiue Lunaris, ſiue Solaris veſtigium, puto, circa Demetrij Phalerei ſeculum in Græcorum monimentis omninò occurrit. Erat autem Demetrius autori noſtro & primæ periodo Calippicæ labenti coæuus. Ita tandem annorum ſimplex dinumeratio, tum alibi apud Ariſtotelem tum apud vetuſtiores Græcos, qui extant, de ſolaribus, ſeu Julianis, ſaltem qui Julianis proximant, intelligenda eſt. Eiuſmodi habendus etiam

Decennij calculus apud Homerum in Iliados secundo; quod nempê belli Troiani mensura. Inde Themistius ad Physicorum quarti, extremum, πόσα, inquit, χρόνε τὸ Ἴλιον ἑάλω; δέκα ἔτεσιν. τόσο δὲ ἐστι τοσαίδε περιφοραὶ τῦ ἡλίε, *Quanto tempore Ilium captum est? Decem annis, id est, decem solis reuolutionibus.* Annis eiusmodi signantur apud Herodotum & Thucydidem (quorum vterque Nostro antiquior est) Inducix, Fœdera, & quæ sunt id genus aliæ temporum durationes. Atque inde est quod Thucydides vbi annos Peloponnesiaci belli numerat, non per archontum series aut nomina, quod idem est acsi dixisset, non per annos Lunares (quibus singulis archontes singuli imperabant) sed per æstates & hyemes, quæ annos planè solares significant, se putare profitetur; & decennium eiusdem belli integrum, & huiusmodi nempe annis conflatum, αὐτοδεκάετῶν vocabulo denotat, quod ὁλοκλήρων seu solidorum & Naturaliter reuertentium annorum spatio rectè interpretatur scholiastes. Vide eum libro quinto. Hinc vetustissimis Græcorum, annum simplicitèr dictum nomine à Sole, quem Λύκον vocabant, sumpto, indicari credebatur Id Λυκάβας est, Homero vsurpatum Odyss. ξ. Macrobius Saturnalium I. cap XVII, *Annum vetustissimi Græcorum* Λυκάβαντα *appellant*, τὸν ἀπὸ τῦ ἡλίε, *id est, Sole* βαινόμενον καὶ μετρέμενον. Λύκον *autem Solem vocari Lycopolitana Thebaidos ciuitas testimonio est, quæ pari religione Apollinem itemque Lupum, hoc est,* Λύκον *colit, in vtroque Solem venerans.* Nec quisquam alios quàm solares in Eratosthenis, Nostro coætanei, canonibus chronicis intellexit. Ijdem vsurpabantur in Chaldæorum veterum & Ægyptiorum temporis calculo. Et tandem vniuersè id verum fuisse videtur etiam ab initio seculi, quod scribit Cicero in Somnio Scipionis (idque antequam in ciuilem vsum Romanis receptus est annus Solaris, alitèr quam ad Lunares æquandos) *homines populariter*, seu vulgari temporum dinumeratione, *Annum tantummodo Solis reditu metiri.* Quin Nostrum & coætaneos, in Græcia & vbicunque periodus Calippica ciuiles annos æquabat, Scriptores ita reditu Solis tempora mensos esse verisimilimum est, vt etiam diem integrum ex quatuor quadrantibus confectum cuilibet quadriennio non minus nec alitêr adijcerent quàm Romani, post Iulianam anni nouationem, & Christianæ etiamnum Europæ gentes. Sic ratio certissima temporum constare potuit, & reuertentium annorum initia satis retineri, quæ, quadrantibus illis neglectis, per totum annum post periodum annorum MCCCCLX, prorsùm vagari necesse erat; vti in veteri Ægyptiorum rationibus. Calculus autem huiusmodi quadrantum in Calippica periodo nemini non obuius erat. Nam anni eiusdem solares, ipsissimi erant Iuliani. Et de Annorum, quibus vsus est Noster, ratione, hactenus. Plura de eâ multò dici poterant. Sed doctioribus hæc multa nimìs videantur; quæ tamen, ne harum rerum rudiores varijs apud veteres annorum formis turbati, in limine hæsitarent, præmonere duximus. Quod verò ad Terminorum ad quos, seu citeriorum parapegmatum, Annum attinet; cùm intervalla omnia vsque ad Astyanactem Parium & Diognetum Atheniensem archontas (quos ἐνιαυσίους seu annuos fuisse dubitandum non est) deducantur,

cantur, par sanè est vt ante eorum initia quodlibet intervallum penitùs absolutum esse existimemus, atque sic putata ab Autore tempora fuisse, vt in annum Solarem qui proximè archontum horum initia antecedebat, vniversi termini citeriores incidant; habitâ nempè, vt necessarium est, ratione varietatis mensium, dierum, & anni tempestatum ad quas sigillatim spectabant termini à quibus, siue vlteriores. Scio nihilominùs τὸ ἕως seu ἕως, vti nostro scribitur, id est, *vsque*, tam inclusionem quam exclusionem sæpius signare. Et si inclusio heic eo intelligatur, Annus Terminorum erit ipse archontum, quos diximus, annus; non autem qui præcedit, nisi exclusionem denotari sentiamus, vti & ego quidem sentio, & in huiusmodi rationibus res ipsa fermè exigit. Atque ita sanè verisimilimum est Autorem nostrum ipso archontum anno Chronologiam suam scripsisse. Quotus igitur annus ille archontum initia præcedens, seu Annus Terminorum citeriorum fuerit in Periodo Iuliana, quæ tum communis tum optima annorum mensura est, perpendamus. Vt is ritè eruatur, Epochæ Autoris nostri, de quibus omninò consensus est apud Scriptores alios fide digniſſimos, obseruandæ; atque ex eis per annorum adiectionem annus, quem quærimus, prodibit. Cum autem, iuxta tria illa, de quibus Varro apud Censorinum, temporum discrimina, Obscurum nempe seu, vt vocat ille ἄδηλον, Mythicum siue Fabulosum, & Historicum; in primo nullas, in secundo & tertio complures habeat Noster Epochas; eæ verò, quæ ad secundum spectant, non minùs sint plerunquè incertæ quàm quæ ad primum, adeò vt de illis etiam inter veteres passim disconueniat; é tertio duntaxàt sumendæ sunt quæ hîc vsui esse possint. Secundum autem, quod Olympiadum Iphiteorum initia antevertit, apud nostrum durat vsque ad Epocham de Colonia Syracusas deducta ab Archia, regnante Athenis Æschylo. Quæ hanc præcedunt, intervalli sunt Mythici. Hæc autem & quæ sequuntur, Historici. In Historico tamen intervallo, ad eliciendum annum Terminorum, non sine delectu adhibendæ sunt Epochæ. Etenim in hoc etiam sunt nonnullæ huic rei nimìs incertæ; quippe controuersæ. Controuersam autem Epocham heîc in partes trahere, est ipsam, quam venamur, rem æquè controueruiosam imprudentèr relinquere. Supereſt igitur vt certissimas seligamus. Eæ sunt de quibus non solùm vnanimis inter Scriptores editos sed etiam inter hosce & Nostrum reperitur consensus, quales sunt anni aliquot archontum qui proximo ante Nostrum seculo Imperia tenuêre, adeoque etiam ei ante alias notissimi. Huius generis sunt omnium archontum anni qui, marmore numeris notati, Socratis mortem & Lachetem archontem sequuntur: Aristocratis scilicet, Pytheæ, Astei, Phrasiclidis, Nausigenis, & Agathoclis, quos singulis ad hunc modum Epochis adjectos exhibet Marmor.

	Anni	*Archonte.*
Ex quo	CXXXV	Aristocrate
Ex quo mortuus est Philoxenus	CXVI	Pytheâ.

Ex

	Anni	*Archonte.*
Ex quo Astydamas vicit	CIX	Asteio.
A pugna Leuctrica	CVII	Phrasiclide.
A morte Dionysij Siculi	CIV	Nausigene.
A morte Artoxerxis	XCIII	Agathocle.

Rerum aliarum in hisce Epochis, præter ipsos archontas, nihil ad id quod impræsentiarum agimus, spectat. Anni autem horum archontum in Fastis Atticis, nemine coutradicente, Olympiadum & proinde periodi Iulianæ annis quos subijcimus, signantur.

	Olympiadis	*Anno*;	*Periodi Iulianæ.*
Aristocratis	XCV	2	4315
Pytheæ	C	1	4334
Asteij	CI	4	4341
Phrasiclidis	CII	2	4343
Nausigenis	CIII	1	4346
Agathoclis	CV	4	4357

Iucundus igitur ita est calculus. Singulis archontum annis, in Periodo Iulianâ, adijce singula marmorei autoris intervalla. Conficitur annorum numerus qui Terminorum annum indicat. Aristocratis annus est in Periodo 4315. Autoris intervallum 135, cui annis 4315 adjectis, fiunt 4450 in Periodo. Itaque annus 4450, qui Olympiadi 129 respondet, est annus citerioris Termini Intervalli quod Aristocrate signatur. Eadem dinumeratione in ceteris, quæ sequuntur, adhibitâ, idem prodit annus. Sed monendum intereà, anni in Periodo eiusmodi hoîc rationem habendam vt non aliud initium & finem sortiatur quàm initia binorum in fronte marmoris archontum, quæ iam demùm eruenda sunt, patiantur. Neque enim Periodi huius anni minùs ab alio quouis, in Chronologicis explicationibus, die exordium pro re nata sumere possunt quàm à Calendis Ianuarijs; vt nemini non liquet cui varius eius vsus incognitus non est. Cum igitur, labente Periodo Calippica prima, sub qua Noster scripsit, anni Attici ciuilis seu Lunaris aut magistratuum, siue τῆς πρυτανείας, caput sub æstivum solstitium figeretur, nemo non videt finem & initia anni terminorum circa eandem cecidisse tempestatem. Vnde fit, vt, sub æstivum solstitium anni 4450 Periodi Iulianæ à Calendis Ianuarijs, vt vulgò, putati, initium habuerit Terminorum annus; circa idem, quod secutum est, solstitium, anni nempè Periodi Iulianæ 4451, finitus; pridiè scilicet neomeniæ Hecatombæonis mensis (in qua magistratus iniri soliti) seu vltimo anni præcedentis. Atque ita à solstitio æstiuo ad solstitium, ad Atticorum temporum rationem, non à Calendis Ianuarijs, vt plerique hodie ad Christianorum, annos Periodi marmori mox aptatos dinumeramus. Restat igitur vt binorum, quos diximus, archontum initiorum diem, caput nimirùm anni Lunaris seu τῆς πρυτανείας,

νουμηνίας, id est, neomeniam Hecatombæonis, anni Periodi Iulianæ 4451, in diebus item Iulianis disquiramus. Eâ repertâ, ipsa etiam anni solaris Terminorum inde retrò putandi initia æquè erunt manifesta. Periodus Calippica, seu hebdomecontaexacteris, quæ annorum LXXVI cyclus est ad cuius rationes Lunares magistratuum quotannis initia aliter atque alitèr se habuere, incepit sub æstiuum solstitium anni Periodi Iulianæ 4384. quod satis ex Ptolemæo non vno in loco, liquet. Id item pluribus & expressiùs, post virum summum Iosephum Scaligerum, ostendit pridem vir sanè etiam summus Dionysius Petauius in secundo de Doctrina Temporum, lib. II. cap. XVIII cuius ideo libentiùs hoc nomine obiter memini, vt Exemplarium Ptolemæi editorum apud eum ibi castigationem saltem vnicam, quæ ad periodi huius exordium spectat, ex Manuscripto Ptolemæi Codice, firmarem. Memorat Ptolemæus sub extremum libri IV Almagesti, tres ab Hipparcho defectiones Lunares obseruatas. τόπων δὲ, inquit, τὴν πρώτην φησὶ γεγενῆσθαι τῷ νϛ ἔτει τῆς δευτέρας κατὰ Κάλιππον περιόδου *primam ait commissam anno* LII *periodi Secundæ Calippicæ*. Mendosum heic numerum esse quouis pignore contendere vult Petauius, & νδ pro νϛ substituendum. Idque rectissimè. Quod non modò Georgij Trapezuntij versio, vbi LIV, habetur, suadet, verum etiam tum Calculus Astronomicus, quo in XXVI gradu Piscium eclipsis illa anno LIV periodi reperitur, tum periodi ipsius alibi apud Ptolemæum compurus demonstrat. Et Codex, quem dixi, qui ante annos CC aut circitèr pulcherrimè exaratus κειμήλιον est bibliothecæ instructissimæ Reuerendissimi Archiepiscopi Cantuariensis, eo in loco, νδ habet. Annum item LIV heic notari in Latino Codice Ms. ex Arabico verso, qui seruatur in bibliotheca Collegij Omnium Animarum Oxonijs, pridem monuit, idque amicissimè, vir doctissimus Ioannes Banbrigius, Astronomiæ ibidem professor dignissimus. Ceteros autem annorum eiusdem Ptolemæi capitis non alitèr exhibet Codex Cantuariensis, ac exemplaria typis vulgata. Sed verò, primo ita primæ periodi Calippicæ anno indicato, annum Iulianæ periodi 4451, anno Calippicæ primæ 68 respondere palàm est. Neomenia autem Hecatombæonis mensis anni, periodi Calippicæ primæ, 68, seu initium magistratuum in anno eo Lunari, tam ad Petauianas quàm ad Scaligerianas rationes, cadit in VIII Iulij. Eo igitur die inibant Magistratus Astyanax noster Parius & Diognetus Atheniensis archontes. Itaque Septimo Iulij, seu, quod in hoc anno idem est, pridie neomeniæ Hecatombæonis finitus est annus noster Terminorum, qui cum Solaris, vt antè disputatum est, fuerit, ab VIII die Iulij retrò putatus, ab eodem die in anno præcedente, seu 4550 Iulianæ periodi & 67 periodi eiusdem Calippicæ sumpsit exordium. Atque ita inter VII Iulij anni alterius & alterius VIII, omnes interuallorum termini citeriores collocandi. Hisce nixi fundamentis Canonem construximus Chronicum annis tum periodi Iulianæ tum eis qui vulgarem D. N. Iesu Christi Epocham anteuertunt signatum, quo, sine operiosiori aliquo calculo, Epochæ cuiuslibet Autoris Nostri annus indicetur. Reges item Athenarum adiecimus, & archontas annuos seu ἐπωνύμους quemadmodum in Marmore habentur. Sed & horum tandem initia & fines

quan-

quantum ſcilicet à doctiſſimis temporum interpretibus edocemur, qua ratione elíciantur heic ſubiungimus. Ad hanc rem, Tempora quæ in Canone, quem infra exhibemus, primam annuorum archontum inſtitutionem ſequuntur, Trifariam diuidimus. In interuallum quod ab anno Periodi 4030 vſque ad 4178 inclu. ſis terminis protenditur; Id quod hunc annum & 4294 interiacet; & demùm Quod inde ad extremum ſuccedit. Interualli Primi, fateor me nulla ratione ità Attica tempora hactenus aſſecutum eſſe, vt qualesnam periodi annorum ad æquandos vtriuſque luminaris motus in vſu fuerint, ſatis cognouerim. In obſcuro ſunt & incerto poſita quæ de ea re Scriptores reliquere. Atqui ex Tetracteridibus hebdomecontaexaeteridem conſecit Vir magnus Ioſephus Scaliger quam vt vetuſtiſſimam Atticorum temporum & certiſſimam menſuram, periodi Atticæ vocabulo, tam in libris de Emendatione quàm in Canonibus edidit. Sed ingenium ſcientiſſimi Herois & immenſam eruditionem multò magis ſemper admiratus ſum quàm doctrinæ illius periodi aſſentiri potui. Etiam ipſa quibus nititur ipſe teſtimonia (& res eſt eiuſmodi quæ non tam artificis ingenio quàm vetuſtatis teſtimonio ponderanda eſt) lectoris benignioris, ſi benè perpendantur, etiam cohibent aſſenſum, ſaltem non pariunt; quin aduerſarijs tela fiunt, quibus ſententia eius, fidentèr nimis tradita, non mediocritèr eneruatur. Conſule, ſi placet, quæ contrà diſputarunt & popularis noſter Thomas Lydiatus & Dionyſius Petauius. Ceterùm quoniam impenſè autori periodus illa placuit & alijs forſàn non paucis ob incomparabilis viri autoritatem nondum diſplicet, tabellam adijcimus quâ latercúlum neomeniarum periodi Atticæ apud Scaligerum in Γ de Emendatione paginâ 42 & primo Canonum paginâ 59 cuiquam ingredi liceat & facillimè Neomeniam ſeu caput anni cuiuſque archontis atque finem in primo Canonis noſtri Interuallo reperire. Neomenia autem ea eſt heic Gamelionis menſis. Nam, ſeculis vetuſtioribus, Gamelion anni ciuilis caput habetur cui locus eſt ſub hibernum Solſtitium. Dato nimirùm, ſin hoc Canonis interuallo, periodi Iulianæ anno, abijce numerum qui in tabella proximè minor eſt. Nam 3976 primus eſt primæ periodi Atticæ ſeu Scaligerianæ hic labentis. Qui reſiduus habetur, in laterculo Scaligeriano Neomeniam Gamelionis ſeu archontis initium indicat. Proximus demùm in eodem laterculo, dempto triduo, finem oſtendit. Nam, etſi pridiè neomeniæ Gamelionis proximè ſequentis annus lunaris finiebatur, attamen, ad Scaligeri rationes, duo annum clauſerunt, ad finem Poſideonis vltimi menſis, adiectitij dies qui ἔναγχοι dicti, cò quod per illud biduum Athenæ Magiſtratibus carebant. Imperijs enim, vt vult ille abibant vltimo die ſeu τῇ πεμπάδι Poſideonis, adeoque triduo ante neomeniam. Biduo autem interiacente, comitia creandis Magiſtratibus habita. Verbi gratia Agon Pythicus, in Canone noſtro, Coronarius denuò fit anno periodi Iulianæ 4132, archonte Damaſiâ Secundo. Numerus in tabella proximè minor eſt 4127; quo abiecto, reſiduus eſt 5. Huic reſpondit in Laterculo Scaligeriano dies XXII Ianuarij pro neomenia Gamelionis, quâ Ma-

Anni *Periodi Iulianæ.*
3975
4051
4127

Magiſtratum inijt Damaſias. Neomenia Gamelionis anni inſequentis eſt Ianuarij XIX, vnde triduo dempto, dies eiuſdem Ianuarij XVI anni Damaſiæ exitum indicat. Interuallo autem Canonis noſtro Secundo, omnia ad hanc diſquiſitionem, adeò incerta ſunt ob Octaeteridum Cleoſtrateæ & Harpaleæ vſus ignorationem, vt futile nimis eſſet contendere in eo initia & fines archontum certis diebus ſignare. Sed ſub huius interualli extremum ſaltem, ſi non antea, caput anni τῆς πρυτανείας ſeu Magiſtratuum à Gamelione ſeu cardine hiberno tranſlatum eſt, quod neceſſariò monendum, ad Hecatombæonem ſeu æſtiuum cardinem quod non ſolum ex Antiphontis coæui oratione XVI ſeu περὶ τοῦ χορευτοῦ, ſed etiam, vt alia omittamus, ex Thucydide liquet. De Rege Sacrorum (qui in Magiſtratibus annuis) locutus Antiphon τῆς δ' ἀρχῆς, inquit, αὐτοῦ λοιποὶ δύο μηνῶς ἦσαν Θαργηλιῶνι καὶ Σκιροφοριῶνι, *Imperij eius duo menſes ſupererant, Thargelion & Scirrophorion*; quibus verbis manifeſtò innuit inſequentis menſis, qui Hecatombæon eſt, neomeniam caput anni Magiſtratibus creandis aptari fuiſſe. Thucydides autem de ipſo anno, à cuius initio enneadecaeteridem ſuam (quæ nondum in vſu recepta erat) auſpicabatur Meton, verba faciens libro II. Πυθοδώρῳ, ait, ἔτι δυοῖν μηνοῖν ἄρχοντι Ἀθηναίοις, μετὰ τὴν ἐν Ποτιδαίᾳ μάχην, μηνὶ ἕκτῳ, καὶ ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, Θηβαίων ἄνδρες ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων ἐσῆλθον ἐς Πλάταιαν τῆς Βοιωτίας, *Cum Pythodoro duo præterea menſes fungendi Magiſtratus ſupereſſent, ſexto ſcilicet menſe a pugna in Potidæa commiſſa, & ver iam incepiſſet, Thebanorum quidam paulo plures trecentis ingreſſi ſunt Plataeam Bœotiæ.* Et verſioni huic adſtipulatur planè Scholiaſtes vetus. Menſis igitur, de quo loquitur, Munichion erat iam labens; is ſcilicet qui vernorum primus erat; adeoque duo illi qui Pythodoro, primi enucadecaeteridis Metonicæ anni archonti ἐπωνύμῳ, ſupererant, vt Thargelion & Scirrophorion fuerint neceſſe eſt, & proinde vt Hecatombæonem caput anni πρυτανείας teneret, vti poſteà, perpetuò tenuit. Tertium demùm Interuallum Periodus illa Metonica ſeu enneadecaeteris occupat, ad cuius neomenias Hecatombæonis, quæ ad Noſtri ſpectant archontas, eruendas, ſimilem priori tabellam adiungimus, vſu non omnino diſſimili. Numero reſiduo ingredere Laterculum ſiue Scaligerianum ſiue Petauianum Enneadecaeteridis Metonicæ. Neomenia quam quæris in diebus Iulianis, ſtatim occurrit; ſed diuerſimodè pro diuerſis, quas amplexantur illi putandi rationibus. Scaligerianum habetur in II de Emendatione pag. 77 & Canonum I pag. 64. Petauianum lib. II de Doctrina Temporum cap. XIII. Diſcrepantiæ autem cardo in hoc vertatur quod alter neomenias Hecatombæonis ſolſtitium æſtiuum nunquam vult anteuertiſſe, alter tam anteuertiſſe quam ſecutas eſſe. Nam de periodi hoc initio & Emboliſmorum numero controuerſia non eſt. De horum verò locis, non exigua. Sed de ea re non eſt hic diſputandi locus. Vide quæ in Canone notamus ad annum periodi 4305. In archontis autem cuiuſlibet exitu ſeu anni fine heic eruendo, pro triduo quod in periodo Attica,

Anni *Periodi Iulianæ.*
4281
4300
4319
4338
4357

à

a proximi anni neomenia, demitur, dies quinque heic ſubtrahere oportet. Nam αἱ ἄναρχοι ἡμέραι, ſub Metonica Enneadecaeteride quatuor erant, de quibus diſertè Vlpianus Rhetor ad Demoſthenis orationem contra Androtionem.

Abſoluto demùm Apparatu noſtro ad Epochas Chronologico; loco non ita importuno, obitèr adijcere liceat de Menſium Atticorum ordine & textu corallarium non omninò contemnendum quod ad calcem Ptolemæi Magnæ Conſtructionis, quam diximus, manu exaratæ reperitur. De menſibus ijs atque ſingulis eorum locis diù eſt quod deſudârunt viri doctiſſimi, Theodorus Gaza, Gregorius Giraldus, Hadrianus Iunius, Ioannes Lalamantius, alij. Sed fruſtrà nimis plerique. Feliciori multò pridem operâ Ioſephus Scaliger, & nuperrimè Dionyſius Petauius tam ad S. Epiphanium quam in Doctrina Temporum. Sed nec in eorum contextu Scaligero aduerſatur Petauius, præterquam quod Mæmacterionem Boedromioni proximâſſe vult, nec Pyanepſionem interueniſſe, vt Scaliger, ſed eſſe ſecutum. Ad calcem autem Ptolemæi, quo vtimur, eâdem ipſiſſimâ contextus formâ qua Scaliger eos diſpoſuit, occurrunt, à vetuſto aliquo, nec imperito, quod dubitari nequit, Mathematico, cum Romanorum, Macedonum, Perſarum, Arabum & Ægyptiorum menſibus, in Chronologorum vſum, ad hanc faciem, non alio quam ſcriptus eſt codex ipſe charactere, adiecti;

ΑΘΗΝΩΝ.	ΡΩΜΑΙΩΝ.	ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ.	ΠΕΡΣΩΝ.	ΑΡΑΒΩΝ.	ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ.
Ποσειδεών.	Σεπτέμβριος.	Ξανθικός.	Φαρφαρελίν.	Μυχαφάμ.	Θώθ.
Γαμηλιών.	Οκτόβριος.	Αρτεμίσιος.	Αρδεμπας.	Σαφάρ.	Φαωθί.
Ανθεστηριών.	Νοέμβριος.	Δαίσιος.	Χορτάϊ.	Ραμπιαὰ αναλ.	Αθύρ.
Ελαφηβολιών.	Δεκέμβριος.	Πάνεμος.	Τυρμά.	Ραμπία ἀχειρ	Χοιάκ.
Μουνιχιών.	Ιανουάριος.	Λῶος.	Μερτάϊ.	Ντζαματύλε.	Τυβί.
Θαργηλιών.	Φευρουάριος.	Γορπιαῖος.	Σαρεβάρ.	Νϊζαμαπλάχειρ	Μεχείρ.
Σκιροφοριών.	Μάρτιος.	Υπερβερεταῖος.	Μέχιρ.	Ραντζάπ.	Φαμενώθ.
Εκατομβαιών.	Απρίλλιος.	Δῖος.	Α'πάν.	Σαμπάν.	Φαρμουθί.
Μεταγειτνιών.	Μαῖος.	Απελλαῖος.	Αδίρ.	Ραμαδάν.	Παχών.
Βοηδρομιών.	Ι'ούνιος.	Αδιναῖος.	Νταί.	Σαυάλ.	Παυνί.
Πυανεψιών.	Ι'ούλιος.	Περίτιος.	Μπαχμάν.	Δυλκαντάν.	Επιφί.
Μαιμακτηριών.	Α'υγουστος.	Δύστρος.	Αυφαντάρ.	Δυλχεντζέι.	Μεσορί.
			ὡ αἱ χλοπμαῖε ε ἡμέραι.		Επαγόμεναι.

non vt gentis alterius menſium loci, in anno naturali, menſium alterius locis vbique reſponderent (quid enim Septembri Romanorum cum Attico Poſideone, qui primus menſis eſt hibernus?) ſed vt tum menſium cuiuſque gentis

textus

textus, tum diuersa veterum annorum ciuilium initia, mensibus primis signata, exhiberentur. Fidelitèr descripsi etiam ea in quibus à librario planè peccatum est. Illud enim ὁ ἀι χλοπμαῖς ε ἡμέραι in Persarum laterculo legi debet καὶ ἀι χλοπμαῖαι ε ἡμέραι *furtiui quinque dies*, seu מסתרקאת *Musterakath*, vti eodem sensu vocant Persæ. Eos inde μασιαρχὰ appellat Isaacus Monachus in Canone Persico, apud Christmannum. De hisce & Persicorum mensium nominibus, quæ heic, vti etiam in tabulis Alfonsinis, Alfragano, & Isaaco iam dicto deprauatè nimis leguntur, vide Iosephum Scaligerum de Emendatione lib. III, capite de anno vago Iezdegird, pagina 200; & Canonum lib. III ad caput XI, & ibi Georgium Chrysococcem. Adde Petauij de Doctrina Temporum libri III caput IX & sequentia. Arabicos item menses, quorum aliqui in portentosa vocabula (vt fieri sæpius amat cum quid ex orientalibus linguis Europæis characteribus exprimitur) degenerarunt, habes apud Scaligerum de Emendatione libro II pagina 107. Ῥαμιαὰ αναὰλ in Arabum laterculo & Ῥαμιαὰ ἄχερ Arabicè sunt רביע אלאול *Rabiu alawol* & רביע אלאחר *Rabiu alacher*, id est, *Rabiu prior* & *Rabiu posterior*. Eadem vocabula priorem & posteriorem notant in binis sequentibus quorum vterque גמיאדי *Giumedy*, dictus. Id hîc Græcis characteribus sonat Ντζαμαδὴ aut Ντζαμαδί. Consule Scaligerum in Canonibus pag. 235. Sed de Mæmacterionis loco præter Scaligerum de Emendatione lib. I, pag. 31 vide porrò Petauij disputationes libro I cap. X & libro IV cap. VIII & ad S. Epiphanij Hæresim LI. pagina 135. Adi etiam Gaurici additiones, quæ ad calcem Almagesti, à Georgio Trapezuntio versi, habentur. Laterculus autem, qui præ oculis etiam est, mensium Macedonum (in quo pro Περίστ, Περίπ legendum) non sinit vt castigationem Editorum Venerablis Bedæ nostri exemplarium de Temporum ratione prætermittamus. In eius quem diximus libelli capite XII, Græcorum menses ita recensentur. *Vocatur autem apud eos ipse December* Ελαφηβολιὼν, *Ianuarius* Νυχιὼν, *Februarius* Θαργηλιὼν, *Martius* Δίστ, *Aprilis* Ξανθικὸς, *Maius* Αρτεμίσι, *Iunius* Δίσι, *Iulius* Πάνεμ, *Augustus* Λῶ, *September* Γορδιαῖ (*pro* Γορπιαῖ) *October* Υπερβερεταῖ, *Nouember* Δῖ. Portentosa plane est enumeratio. Quid Elaphebolioni cum Distro, Xantico, & Macedonum ceteris? Quid Thargelioni? Hi enim Attici menses, inter illos Macedonum, locum nunquam habuere. Νυχιὼν verò omninò verbum nihili est. Forsan Munichionis reliquiæ. Sed & ita hinc non minùs ablegandum quàm Attici menses ceteri. Et nimis oscitantèr Ioannes Nouiomagus, qui seriem mensium Græcorum ex deprauatissimo hoc loco excerptam Bedæ autori tribuit. Ceterùm, Græcorum vocabulo, Macedonas tantum seu Syromacedonas æternum illud Britanniiæ decus heic innuit, nec alios quam Macedonum menses reuera nominauit. Ita scilicet scripsit ipse; *Vocatur autem apud eos ipse December* Απελλαῖ, *Ianuarius* Αὐδυναῖ, *Februarius* Περίπ, *Martius* Δίστ *Aprilis* Ξανθικὸς, *&c.* Id discimus ex vetustissimo Bedæ exemplari Ms. in instructissima Nobilissimi viri Roberti Cottoni bibliotheca, vbi ad hunc modum locus ille exaratur; Græcis, vt fit, nominibus aliquan-

quantulum corruptis. *Vocatur autem apud eos ipſe December* Apilcos, *Ianuarius* Exdynios, *Februarius* Perithios, *Martius* Diſtrios, *Aprilis* Xanthicos, *Maius* Artemiſcos, *Iunius* Deſeos, *Iulius* Panemos, *Auguſtus* Loos, *September* Gorpieos, *October* Hyperberetæos, *Nouember* Dios. Ita notiſſimo & perpetuo menſium Macedonum textu vſus eſt doctiſſimus Beda. Elaphebolioni, Thargelioni, Nychioni ſeu Munichioni, nempe Atticis, nullus ibi locus erat, antequam, ſiue ab exſcriptoribus imperitis ſiue à negligentibus Editoribus, perperam, neque ſumma ſine iniuria, præberetur. Quin ſatis obuium ſanè fuiſſet etiam, ex ipſius Ephemeride, ſua menſibus heic tribus nomina reſtituiſſe. Nam in ea Græcorum duodecem menſes vocabulis item Macedonicis adnotantur.

Ad

Veteres Græcorum Epochas,

NOTAE HISTORICAE.

Linearum in biſce numerus ad exemplar Epocharum ſuperiùs elementis maiuſculis deſcriptum ſpectat.

CVm pleriſque huius ἀναγραφῆς primæ lineæ elementis, etiam Autoris nomen diſparuiſſe credo. Autorum nomina, in orationis textus initio locos, ſeculis vetuſtioribus, habuiſſe nemo neſcit qui Herodotum aut Thucydidem ſalutauit. Atque vt eorum codices Membranei aut Chartacei, ita noſtri qui à prima perſona ſermonem auſpicatur, Marmoreus erat. Nam vt temporis iniuriam propulſando, poſteritati tutiùs conſuleretur, cippis ſaxeis, στήλαις ſeu κύρβεσι, velut libris ſeu tabulis publicis, tam res veterum geſtas & temporum rationes quam Leges, Pacta, Decorum & Mortuorum titulos, vota, incîdi ſolenne erat. Euhemerus Siculus *res geſtas Iouis & ceterorum, qui Dij putabantur, collegit hiſtoriamque contexuit ex Titulis & Inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimus templis habebantur*, vt diſerte meminit Lactantius de Falſa religione, cap. XI. Etiam Columnæ aureæ in fano Iouis Triphylij poſitæ, qua perſcripta erant eiuſdem Numinis geſta, eidem hiſtorico, quem poſteà interpretatus eſt Ennius, vſus erat maximus. In Sicyone item ἀναγραφὴ erat ſeu Deſcriptio eiuſmodi ſacrata, vnde Heraclides in librum ſuum de Muſicis, Iunonis Argiuæ

guiæ antiſtitum, Poetarum etiam, & Muſicorum celebriorum nomina traduxit. Teſtis eſt Plutarchus libro de Muſica, cui huiuſmodi Scriptores ἀναγραφόπες generatim ſiue *deſcriptionum* aut *recenſionum Autores* non ſemel dicuntur. Columellæ item quibus Cretenſes ſacra deſcripſerant Corybantum, à Porphyrio in ſecundo περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων memorantur. Quin obuium eſt quod de columnis illis Sethi nepotum, lateritia altera, altera ſaxea, quibus ſyderalis ſcientiæ inuenta ſua mandarunt, habet Flauius Ioſephus. Et de priſcis Danis, Saxo Grammaticus libro de ſitu Daniæ; *Maiorum acta patrij ſermonis carminibus vulgata, linguæ ſuæ literis, ſaxis ac rupibus inſculpenda curabant.* Paulò item poſt; *voluminum loco vaſtas moles amplectebantur, codicum vſum a cautibus mutuantes.* Et Lacuna hæc ita forſan partim ſupplenda; ἀνέγραφα τοὺς ἄνωθεν χρόνους ἀρξάμενος &c. *Superiora tempora deſcripſi auſpicatus &c.*

Lin. 2. pag. 6. ἐμ Πάρῳ.....υάνακ[τος] ἐμ Πάρῳ μὲν Ασυάνακτος, *In Paro, Aſtyanacte.* Vix fieri potuit, vt aliud fuerit nominis initium. Parus igitur ex Cycladibus maxima & olim florentiſſima inſula, vtcunque imperio Attico, vt vicinarum pleræque, ſubiecta, ſuos habuit archontes annuos quemadmodum ipſæ Athenæ quæ ſummum adminiſtrationis ciuilis exemplar fuit populis circumiacentibus. Ita Delij, Ita alij. Videſis Gruteri Inſcriptiones, pag. 400. 8. 405. 1. & 1021. 7. Autorem autem hinc Parium fuiſſe æquum eſt vt coniectemus. Ἀναγραφὴ ſuam, ſiue opus Chronologicum, popularis archontis nomine ſignauit, vt ita & patriæ honorem haberet & popularium captui rem faciliùs accommodaret, omnia ad calculi terminum domi fixum & notiſſimum deducendo. Atticum verò inſuper adiecit, idque meritiſſimò, non ſolùm quòd Reipublicæ Athenienſis maieſtatem (quam tamen eo æuo variè affligebant Macedonum reges) Parij proculdubiò obſeruabant, ſed etiam, quia Epocharum, vnde interualla putàrat, characteres communes & perpetui erant ſiue Reges, ſiue Archontes Athenienſium. Quod genus characterum apud Parios, quorum Reſpublica minorum erat gentium, haud omninò eſt veriſimile extitiſſe.

Lin. 6. pag. 6. Ἄρειος πάγος] De Areopago, ſeu rupe Martia, ante alios, conſulendi Ioſephus Scaliger ad numerum Euſebianum DI, & Ioannes Meurſius in libro ſingulari qui *Areopagus* dictus. Paulò ante legendum planè, Αθλώησι ἐγένετο Ἄρει &c.

Lin. 7. pag. 6. τὰ Σωτήρια ἔθυσιν] Sacra, Soteria dicta, à Deucalione qui aquarum vim fugerat, Ioui Phyxio, ſiue qui fugientibus opem ferre ſolet, fiebant. Sic Apollodorus περὶ θεῶν lib. I. Et Iouis Φυξίου meminit etiam Apollonius Argonauticorum II & IV cuius ad hanc rem Scholiaſtes item viſendus.

Lin. 8. pag. 6. .....κτύων Δευκαλίωνος] De Amphictnone & Pylæico conuentu & legibus Amphictyonicis ab eo inſtitutis, videſis Strabonem lib. VIII. & IX. Dionyſium Halicarnaſſenſem lib. IV. vbi de Tullio rege, & Pauſaniam in Phocicis, præter Amphictyonum decreta, quæ apud Demoſthenem in oratione de Corona, obuia ſunt. Adde Inſcriptiones apud Grnterum pag. 129. 15. & 1021. 7. quæ, ni fallor, eædem ipſæ ſunt; item Michaelem Apoſtolium in Prouerbiorum Centuria III 4. Sacra autem, quorum

heic

heic mentio, in fano Cereris, ſeculis poſterioribus, peragi ſolebant. Strabo lib. IX de Thermopylis locutus; ἐστὶ δὲ καὶ λιμὴν, inquit, μέγας ἀυτόθι καὶ Δήμητρος ἱερὸν ἐν ᾧ κατὰ πᾶσαν Πυλαίαν θυσίαν ἐτέλουν οἱ Ἀμφικτύονες, *Eſt etiam portus ibidem magnus & Cereris fanum vbi ſingulis Pylæicis conuentibus Amphictyones ſacrificabant.* σωῆγε τὰς περὶ &c. *& paulo poſt* καὶ ὠνόμασαν Ἀμφικτύονας, nemo in mutilis huius periochæ vocabulis agnoſcere non poteſt.

Lin. 10. pag. 7 ..... ὠπόλος] Φθιώπολος legendum. Phtiotidis, Theſſaliæ regionis, rex erat Deucalion & poſt eum filius eius Hellen. Ita Thucydides lib. I, Conon apud Photium, Cod. CLXXXVI ſectione 27, alij.

Lin. 11. pag. 7. καὶ τὸν ἀγῶνα Παναθ.. ναι ....] Dubium non eſt de certamine Panathenaico verba fieri. Et videtur ſanè aut de prima eius inſtitutione, aut de ſancito aut conſilio ſub Amphictyone habito de eo inſtituendo ac poſtmodùm celebrando. Sed origo eius plerunque Erichthonio regi tribuitur, de qua re mox plura. Ceterùm, ante Erichthonium, Ἀθλὰια Athenæa, non Panathenæa certamen illud dictum eſſe ſcribit Iſter, vetuſtus rerum Atticarum autor apud Harpocrationem in Παναθλὰια. Ipſum igitur certamen, vtcunque nuncupatum, Erichthonio, etiam Iſtri ſententiâ, vetuſtius.

Lin. 12. pag. 7. πλὴν Καδμείαν] Cadmia primò oppidum ſeu vrbs erat. Poſteà Thebis, iuxta quas condita eſt, auctis, arx ſeu ἀκρόπολις Thebarum dicta eſt, vt Capitolium arx Romana.

Lin. 13. pag. 7. ..... νικης ἐβασίλευσαν] Viderint hîc perſpicaciores, annon hæc ad Tyri & Sidonis regnum, numero Euſebiano DLX notatum, ſpectent. Φοινίκης ἐβασίλευσαν eſt *in Phœnicia regnarunt*, cuius vrbes Tyrus & Sidon. At, qui regnarunt, Euſebio ſunt ibi Cadmus & Phœnix ex Ægypto profecti. Cadmus verò Agenoris F. qui idem eſt & Phœnicis frater, Bacchi ſcilicet auus, apud noſtrum triennio antequam hi, quicunque fuerint, regnare cœperunt, Thebis Bœoticis regnauit. Sed mira videtur, apud Euſebium, temporum quæ ad Cadmum ſpectant luxatio. Vide ad dictum numerum Ioſephum Scaligerum. Vide item Euſebium numero DLXXXVII & DCXI. & in Græcis pag. 26.

Lin. 14. pag. 7. Ἀφ' ἧς ναῦς ..... ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὴν, &c.

Lin. 15. pag. 7. καὶ ὠνομάσθη πεντηκόντορος] De Dano & filiabus quinquaginta, paſsim veteres. Sed de Pentecontori nomine, naui longæ qua ex Ægypto profugêre indito, rarò. Ita dictam ſcribit diſertè Apollodorus Bibliothecæ lib. II idque à filiarum numero, vti etiam Euſtatius ad Iliados α. Sed nominis originatio ea mira eſt. A remorum potiùs numero ſeu verſu aut ordine vnico qui ex quinquaginta conſtabat, impoſitum eſt, vti & Argonaui. Ita etiam πεντηκόντορος, πενταρηκόντορος & ſimilitèr naues aliæ longæ dictæ. Hanc primam fuiſſe nauem longam ſcribunt nonnulli. Hyginus Fabula CCLXXVII. *Minerua prima nauem biproram Danao ædificauit in qua Ægyptum fratrem profugit.* Tantundem etiam Fabula CLXVIII. Et Plinius lib. VII. cap. LVI. *Nauem primus in Græciam ex Ægypto Danaus adnexit. Ante, ratibus nauigabatur, inuentis in Mari rubro inter inſulas a rege Erythra.* Conſule item Nonni σωαγωγὴν

ad Gregorij Nazianzeni inuectiuam primam numero ξζ. Erythras autem rex non alius quam Edomus Iacobi patriarcha frater viris doctis, nec immeritò, habetur. Adi, si placet Ioſephum Scaligerum ad Feſti Ægyptinos, & Nicolai Fulleri Miſcellanea ſacra lib. IV. cap. XX. Poſteà ad plures remorum ordines deuentum eſt, de quibus viſendi quidem Lazarus Baifius & Gregorius Gyraldus in ijs quæ de re nauali edidere, ſed in primis ante alios, magnus Scaliger ad numerum Euſebiarum MCCXXX & Willebrodus Snellius in prefatione ad ſuam Hiſtiodromicen.

Lin. 16. pag. 7. καὶ Ελικὴ καὶ Αρχεδίκη] Quæ præcedunt, reliquias eſſe puto aliorum ſororum aliquot nominum. Sed verò in diſſentientibus apud veteres harum nomenclaturis Archedicen nullibi reperio. Hæ ſorte videntur lectæ ad peragendum ſacrificium, de quo proximè.

Lin. 17. pag. 7. ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἄκρης ἐμ Παρα..δι ἐν Λίνδῳ] Quid τὸ Παρα..δι heic denotet, niſi regio fuerit Lindi vrbis, Paragas, aut huiuſmodi quid dicta, fateor me prorſus neſcire. Ex elementorum, quæ ſuperſunt in Marmore, veſtiſtigijs elicuerit forſan quis ΠΑΡΑΡΑΔΙ aut ΠΑΡΑΓΑΔΙ. Sacrificabant autem virgines Mineruæ Deæ, cui fanum in littore ab eis extructum ſcribit Strabo lib. XIV. Et Lindia Minerua, quæ procul dubio eadem eſt, memoratur Apollodoro lib. II. Diodoro Siculo bibliothecæ V, & Suidæ & Apſtolio in Ρόδιων χρησμός.

Lin. 18. pag. 7. .... Ερεχθονιῶ Παναθηναίοις τοῖς ἀρχαίοις γινομένοις] Quicquid id fuerit quod de Agone Panathenaico ſuperius ſub Amphictyone, idque huius periochæ rebus decennio vetuſtius, traditum erat; hinc videtur liquere ſub Erichthonio primò Agonem celebratum fuiſſe. Etiam primò eum hunc inſtituiſſe, ſcribunt Hellanicus, & Androtion, Scriptores Attici, apud Harpocrationem. Μέγας τῶν ἑορτῶν ὁ Ερεχθόνιος ὁ Παναθήναιος· quæ verba vtrique tribuuntur. Ita etiam Apollodorus lib. III, Hyginus in Poetico Aſtronomico, in Heniocho; & Commentarius vetus ad Arati Phœnomena quæ Germanici Cæſaris dicuntur. De ſacro hoc certamine, quod duplex erat, ſi veterum teſtimonia velis, conſulendus Ioſephus Scaliger in Euſebianis animaduerſionibus ad numeros DCCLXX. XX & MCCCCLIV; in primo de Emendatione Temporum, capite de periodo Delphorum Pythica; addendis eidem operi pag. 739. & in Canonum lib. III pag. 224. & 225. Item Ioannes Meurſius in Fortunæ Atticæ cap. III, & in libro de Panathenæis ſingulari, cum eis quæ congeſſit Petrus Caſtellanus in Ἑορτολογίῳ. Adde Euſtathium ad Iliad C. in illud Homeri Κοῦροι Αθηναίων περιπλομένων ἐνιαυτῶν, quod de Panathenaica pentaeteride intelligit; præter Cœlium Rhodiginum lib. II. cap. XXVII, & Michaelem Apoſtolium Centuria XV. 80.

Ibid. ἅρμα ἔζευξε] Hyginus Poetici Aſtronomici lib. II. *Alij*, inquit, *anguina crura habuiſſe Erichthonium dixerunt eumque primo tempore adoleſcentiæ ludos Mineruæ Panathenæa feciſſe, & ipſum quadrigis cucurriſſe, pro quibus factis inter ſydera dicitur collocatus.* Quadrigis igitur in ipſis Panathenæis certauit & victor euaſit primus. Virgilius Georg. III.

Primus Erichthonius currus & quatuor anſus

Iun-

Iungere equos rapidisque rotis insistere victor.

Dum victorem ait fuisse, celebratos ab eo ludos indicat. Et frigidè nimis ibi Seruius, cui *victor* apud doctissimum poetam *sui propositi effector* tantum habetur. Eum tria equarum millia, quarum plerisque pulli erant, nutriuisse etiam meminit Ioannes Tzetzes Chiliade II. cap. LXIII. Quadrigarum etiam inuentionem Erichthonio tribuebant plerunque Græci, saltem in Græcia. Eusebius numero DXLIII, *Erichthonius primus quadrigam iunxit in Græcia. Erat quippe apud alias nationes.* Sed numero CCCCXLVII. *Trochilus primus fertur iunxisse quadrigam.* Trochilus ille Callitheæ filius erat, primæ Iunonis Argiuæ sacerdotis; vt Theon in Commentarijs ad Aratum. Callithyia Spirantis Filia ea dicitur Africano apud Eusebium, Chronicorum parte priore pag. 25. At quin Trochili nomen pro Argiuo Orsilocho apud Hyginum, in Heniocho, substituendum sit, dubitare non possum. Alibi enim quisnam, Orsilochus dictus, quadrigarum inuentor reperitur? Et de ea re, atque deprauato apud alios Trochili nomine, optimè Paulus Leopardus in Emendationum lib. I. cap. XV. Tantum abest vt magno Scaligero assentiam vbi Corippi lacunam, in Eusebianis, hoc nomine supplet. Corippus lib. I.

. . . . . referam primum iunxisse quadrigas
Et currus armasse nouos, Pelopemque secundum
In Soceri venisse necem———

Orsilochum referam legi vult ille; corrupto nomine, ab Hygino desumpto. Thomas Dempsterus fidentèr ibi Cecropidem, pro Erichthonio, inserit. Sensus placet; sed vocabulum insertum non omninò. Erichthonium iunxisse primò quadrigas à Corippo ibi innui, non est cur non planè fateamur. Ea enim vnlgò obtinuit opinio; vt scilicet Pelopem secundò, instituto etiam certamine. At verò Cecropidis nomine Erichthonium satis obscurè designâsset, neque alitèr quam qui nudè Romulidis, singularem aliquem Romanorum Imperatorem. Quid dubitemus *Heniochum referam primas* &c. legere? Ita res ipsa suadet, & notissimum Erichthonij nomen; notissimum scilicet priscis Astronomis, saltem quotquot eorum eum primum iunxisse quadrigas cum plerisque sensêre. Neque ideò est Heniochus magis appellatiuum quam proprium, quòd *Aurigam* interpretetur. Ita migrauit heic in proprium, vti olim etiam Heniochi, à Telchio & Amphito Castoris & Pollucis ἡνιόχοις seu aurigis, ad designandam gentem illam in Sarmatia; de qua Plinius l.b. VI. cap. V. Etiam ת Auriga, vt proprium eius nomen, vsurpatur, vti apud Arabas מא שק אלעבאן seu *retinens habenas*, quod id ipsum cum Heniocho sonat; cum interim figuram huic nomini, vt proprio, interdum pingant Arabes mulum clitellatum erectum quod ex Scaligeri notis in Manilium discimus. Sed verò & Ophiuchus, Sagittarius, Arctophylax, Engonasin, Aquarius, non tam appellatiua sunt quam propria in cœlo nomina Æsculapij, Centauri, Arcadis, Herculis, Ganymedis aut aliorum quos ibi finxit vetustas. Atque ita Heniochus Erichthonij; Corippi lacunæ restituendus.

Ibid.

Ibid. ΕΖΕΤΖΕ] Non licuit per operarum formas, omnes archetyporum figuras vbique repræsentare; quod tamen plerunque in vniuersis, sed in prioribus binis exactè, fecimus, exceptis tantummodò Π & Z. de quibus & alijs aliquot eiusmodi rebus minutulis heic simul visum est monere. Τὸ Π tum in Chronologico hoc Marmore, tum in Smyrnæorum Decretis & Fœdere, perpetuò, crus quod ad dextram vergit, habet dimidiatum ad hunc modum Π. In recentioribus Inscriptionibus quas dedimus, vtrunque crus æquè semper extenditur; & Ζῆτα etiam non aliter quam vsitatis Typographorum formis exaratur. In vetustioribus autem hisce binis Ζῆτα hac semper figura Ⲍ occurrit, quæ ἦτα ὕπτιον siue *eta supinum* dicitur Alypio. Hanc autem Ⲍ formam pro Ξ vsurpatam nondum animaduertimus. Imò suspicamur virum doctum qui id ex multis antiquitatum vestigijs à se obseruatum ait, affini figura deceptum esse. Vide Ortelij Thesaurum Geographicum in *Cyzicus* & in *Sangarius*. Et vereor sanè ne τὸ Τ in ΚΥΤΙΚΗΝΩΝ (proculdubio pro Κυζικηνῶν) apud Adolphum Occonem in Antonini Philosophi numismatis inde natum fuerit, quòd vetus τὸ ζῆτα seu Ⲍ figura eum qui, descripsit, fefellerit. De literarum Græcarum formis vetustioribus, non est cur plura heic adijciamus. De eis vide eruditissimam V. Cl. Claudij Salmasij diatribam ad Consecrationem Templi in agro Herodis Attici, vbi etiam magni Scaligeri errores de Ionicarum formis, quas ad Eusebium memorat, meritissimò castigat. Τὸ Κ autem in Γ, & τὸ Ν in Μ, cum nempe, finales essent, non aliter fere, quàm in compositione transijsse (quod à pronuntiationis more fluxisse nemo dubitet) bina illa Marmora legentibus palàm est. Adiectum porrò τὸ ν plerunque tertijs personis singularibus temporum aliquot & datiuis casibus pluralibus, tametsi vocalis non sequatur, legenti obseruandnm est. Neque de eo ita sentiendum acsi aut ab Attico idiotismo aut quadratarij errore manâsset. Certè vetus mos Græcè scribendi, vt videtur, id plerunque exigebat. Seruatur in bibliotheca instructissima nobilissimi viri Roberti Cottoni mutilum Geneseos exemplar ante annos M, ni fallor, literis quadratis exaratum, in quo illa scribendi formula obtinet; vt cap. VIII. ἐξαπέστειλεν τὸν περιστερὰν ἀπὸ τῆς κιβώτου, καὶ ἀνέστρεψεν πρὸς αὐτὸν ἡ περιστερὰ καὶ εἶχεν φύλλον &c. Passim in eodem codice eadem scribendi ratio.

Lin. 19. pag. 7. Θεῶν μητρὸς ἐφάνη ἐν Κυζίκοις] De Deorum matris, Rheæ scilicet seu Berecinthiæ sacris nunc primò celebrari cæptis, verba fiunt. Phrygiæ mons Cybela, Cybeli, & Cybelus dictus, etiam ipsi Deæ Cybeles nomen dedit. Strabo, Stephanus, alij.

Ibid. καὶ Υ'άγνις ὁ φρύξ] Alexander, autor de rebus Phrygijs vetustus, apud Plutarchum libro de Musica testatur item Υ'άγνι φρυγὶ πρώτῳ αὐλῆσαι, *Hyagnin Phrygem primò tibijs cecinisse*. Et Apuleius fusiùs & elegantèr, Floridorum I. *Hyagnis*, inquit, *fuit, vt fando accepimus, Marsyæ tibicinis pater & magister, rudibus adhuc Musicæ seculis, solus ante alios catus canere; nondum quidem tum flexanimo sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia. Quippe adhuc ars ista repertu nouo commodùm oriebatur. Nec quidquam omnium est quod possit in primi-*

ordio

ordio ſuo perfici; ſed in omnibus ferme eſt ante ſpei rudimentnm quam rei experimentum. Prorſus igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant quam Virgilianus opilio ſeu bubſequa,

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

Qnod ſi quis videbatur paulo largius in arte promouiſſe, ei quoque tamen mos fuit vna tibia, velut vna tuba, perſonare. Primus Hyagnis in canendo manus diſcapedinauit. Primus duas tibias vno ſpiritu animauit. Primus læuis & dextris foraminibus, acuto tinnitu, graui bombo, concentum muſicum miſcuit. Huiuſmodi cantum Phrygium biforem nuncupauit Virgilius. Æneidos IX.

——ite per alta
Dindyma, vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.

Ad quem locum, Seruius; *Biſonum, imparem. Et ſeruauit eis tibiarum ſuarum, id eſt, Phrygiarum naturam. Tibiæ, porro*, inquit, *aut Serranæ dicuntur* (Sarranæ; à Sarra quæ Tyrus eſt) *qnæ ſunt pares & æquales habent cauernas; aut Phrygiæ, quæ & impares ſunt & inæquales habent cauernas. Ergo biforem, diſſonum, diſſimilemque. Non ſunt pari modulatione compoſita.* Et, apud eundem, Varro de tibijs maximè quarum inuentor Hyagnis, id eſt, Phrygijs; *Tibia Phrygia dextra vnum foramen habet, ſiniſtra duo; quorum vnum acutum ſonum habet, alterum grauem.* Inde eſt quod tibijs interdum paribus dextris & ſiniſtris, etiam & Sarranis, ludos actos habemus apud Terentium; interdum imparibus primùm, & poſtea duabus dextris, vt in titulo Heautontimoroumenou. Vide item Iulium Pollucem lib. IV. & obſerua Midæ Agrigentini tibicinis victoriam in Olympiadis OA anni tertij ἀναγραφῆς Scaligerianæ, & ſchemata apud Gruterum in Inſcriptionum corpore, paginis 27. & 28. Atqui de tibiarum inuentione, vide plura apud Plutarchum de Muſica, Strabonem lib. X, Pauſaniam in Corinthiacis, Ariſtotelem Politicorum VIII. cap. VI. Pindarum Pythionicarum XII, & ibi Scholiaſten, Martianum Capellam lib. IX, Euſtathium ad Iliados σ. Euſebium in Chronico Græcè pag. 32. Hyginum, Palæphatum, Ouidium. Adi item Iulium Scaligerum Poetices lib. I, cap. XX. Sunt verò qui ab hominum fermè initio tibiarum inuentionem petunt. Etenim quæ apud ſanctum autorem in Geneſeos cap. IV. commate 21, de Iubale habentur, ea de tibijs intelligunt. Ibi בנור ועוגב ei tribuuntur, quod κιθάραν καὶ ψαλτήριον interpretantur Helleniſtæ. alij *citharam & organa.* Sed paraphraſis Chaldæa vtraque pro עוגב ſubſtituit אבובא *Abuba* quæ pro tibia etiam ſumitnr. Et *Ambubaiarum collegia* apud Horatium explicans Acro, *Ambubaiæ*, inquit, *dicuntur mulieres tibicines lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia ſiue Symphonia Ambnbaia dicitur.* De loco autem illo ſacræ hiſtoriæ, conſule Marinum Merſenium ad Geneſim quæſt. LXI. Ceterùm Hyagnidi filij erant Marſyas & Olympus, muſici celeberrimi. Sed corrigendus, puto, obiter Hyginus Fabula CLXV, vbi *Marſyas Oeagri filius* legitur. *Hyagnis filius* reſtituendum videtur. Neque enim Marſiæ, ſed Orphei pater erat Oeagrus. De Hyagne, vide porro

Cælium Rhodiginum lib. IX, cap. VIII.


Lin. 20. pag. 7. .... ἁρμόνιν φρυγιστὶ] Potiùs syllabas in versione cauti retinuimus, quam id, quod res est, forte expressimus. Autorem scripsisse puto, τὴν ἁρμονίαν τὴν καλουμένην Φρυγιστὶ πρῶτος ἤυλησε, *Harmoniam, quæ Phrygia vocatur, tibijs primus cecinit.* Athenæus lib. XIV, Aristoxenus, inquit, τὴν τῆς Φρυγιστὶ ἁρμονίας εὕρεσιν Υάγνιδι τῷ Φρυγὶ ἀνατίθησιν, *Harmoniæ Phrygiæ inuentionem Hyagnidi Phrygi assignat.* Nihil eiusmodi in Harmonicis Aristoxeni quæ extant, reperitur. Sed scripsit etiam ille de Tibijs, & περὶ αὐλῶν πρόσεως seu de tibijs perforandis, & de Musica opus aliud, quæ omnia, cum alijs summi viri lucubrationibus, interciderunt. In harum, quas nominauimus aliqua hoc de Hyagnide occurrisse dubium non est. Sed singularem Nostro heic esse harmoniæ Phrygiæ notionem mox ostendimus.

Ibid. καὶ ἄλλους Νόμους] Nomos etiam in versione retinuimus, non sine virorum doctorum exemplo. Idem ipsum est vocabulum quod Leges siue Ciuiles, siue alias quæ ad administrationem publicam attinent, significat. Sed heic ad Musicam spectat. Νόμων autem musicorum notio plerunque duplex est; alterâ ex alterâ, vt fit, natâ. Interdum, idque primariò præscriptæ regulæ sonorum, pthongorum, chordarum, τάσει seu intentioni, ἅρσει, θέσει & diastematis, quas vltra progredi citráue regredi non licuit, Νόμοι dicebantur. Et tum singula instrumenta musica tùm ipsæ cantiones suos habebant præscriptos Nomos, quorum vnicuique erat οἰκεῖα τάσις seu intensio propria, vt docet Plutarchus. Citharæ præscripti νόμοι κιθαρῳδικοὶ dicti, tibijs αὐλῳδικοί. Ita νόμοι λυρικοί. Et Musica inde legitima erat, de qua re vide Boetij initium, Athenæum lib. XIV, Plutarchum libro de Musica. Atque huiusmodi Nomorum autores præcipui dicuntur qui chordas & tonos adijciebant. Inde Terpander (de quo, plura infrà) cum citharam seu Lyram septichordem primò, vt volunt nonnulli, fecisset, Nomos etiam, vt necesse erat, simùl fecit chordarum numero accomodos; & κατὰ νομὸν ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτίθησι, *secundum quemlibet Nomum, & Homeri & suis carminibus heroicis modos aptauit*, quod ait Plutarchus. Timotheo item Milesio, qui chordas porrò auxit, Nomi similitèr noui tribuuntur; vt Aulœdici, hoc sensu, Clonæ tibicinum principi. Nec dubitandum etiam nomorum hac notione autorem fuisse Hyagnidem, qui item lyricus Orphei tetrachordo Chorebi quinto neruo aucto, sextum etiam adiecit, vt testatur Boetius de Musica lib. I. cap. XX. Hoc sensu vsurpatur vocabulum in hymno ad Apollinem qui Homeri dicitur, sed Cynætho qui circa LXIX. Olympiadem floruit ab alijs tribuitur, vt videre est apud Scholiastem in Pindari Nemæorum II.

Πάντα γάρ τοι Φοῖβε νόμῳ βεβλήατο ὠδήν.

Et Athenæus lib. XIV, Apud Arcadas inquit, pueri ab infantia ἄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμον τοὺς ὕμνους καὶ Παιᾶνας οἷς ἕκαστοι, κατὰ τὰ πάτρια, τοὺς ἐπιχωρίους ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι. Μετὰ δὲ ταῦτα, τοὺς Τιμοθέου καὶ Φιλοξένου νόμους μανθάνοντες χορεύουσιν καθ' ἑνιαυτὸν τοῖς Διονυσιακοῖς αὐληταῖς ἐν τοῖς θεάτροις, *Cantare solent iuxta leges, seu Nomos, hymnos & pæanas quibus singuli, vt mos patrius obtinet, Gentis suæ heroas & Deos celebrant. Dein vero, Ti-*

Timothei & Philoxeni Nomos edocti, ſaltant quotannis in Theatris ad tibicinum cantum, qui Bacchanalibus inſeruiunt. Quòd autem ſpecimina Nomorum cantiunculis expreſſa erant, inde varia illa, ſiue à primis cantiuncularum verbis, ſiue à metri aut rhythmi ratione, ſiue ab alia eiuſmodi cauſa, nomina Nomis, hac notione, indicta puto habemus apud Plntarchum & Pollucem lib. IV. quos vide. Neq; aliter Plutarchum intelligendum ſentio vbi νόμους παλαι ἐξ ἐπῶν σωίσασθαι, *Nomos antiquitus ex carminibus heroicis compoſitos* ait, & Timothei exemplum affert, quàm ſi dixerat Heroicis carminibus maximè expreſſa fuiſſe prima nomorum ſpecimina; quorum libros XVIII compoſuit Timotheus ille; vt teſtis eſt Stephanus περὶ πολέων, in Μίλητος. Ita etiam capienda, quæ de Terpandro atque alijs habet Proclus in Chreſtomathia. Et ab eiuſmodi nomorum varietate tibicinum ἄυρα νομικὸς dicitur Teleſti Selinuntio apud Athenæum libro iam citato. Neque forſan aliter intelligendum eſt illud ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμων apud Pindarum Pythiorum XII, quàm de multiplicibus tibiarum cantui præſcriptis legibus. Vide tamen Scholiaſtem ibidem & Polycephalum νόμον apud Plutarchum. Scribit etiam Plutarchus Timotheum, Nomis carminibus heroicis aptatis, dictionem nihilominùs dithyrambicen ſeu λέξιν διθυραμβικὴν *cantaſſe*, ne citius quam par erat videretur veterem muſicam innouaſſe. Quod perpendant qui veterem Muſicam callent, & ſimùl morem illum Græcorum, notulas ſeu figuras, alias ad dictionem, alias ad pulſum denotandum, adſcribendi recolant. Nam in cantionum ſuarum diagrammatis duplices habebant figuras ſeu notas muſicas; alias, quæ inferiores, ad inſtrumentorum pthongos ſeu pulſum, alias, quæ ſuperiores, ad Dictionem ſpectantes. vtraſque memorat & exhibet Boetius de Muſica lib. IV. cap. III. Et de eis (quod in eorum gratiam qui fugientia veterum artium veſtigia reuocare ſtudent, obitèr liceat adnotare) Alypius in Iſagoges præfatione, Σημεῖα, inquit, τὰ μὲν ἄνω τῆς λέξεως, τὰ δὲ κάτω τῆς χρόσεως, *Figuræ ſuperiores dictionem indicant, inferiores pulſum.* Finitâ autem præfatione, ſequitur in codice meo Ms. Λυδίου τρόπου σημεῖα χτὶ τὸ διάτονον γένος, *Lydij modi figuræ in genere Muſices diatonico.* Dein verò, hæ figuræ, minio notatæ, & ad hunc modum diſpoſitæ,



Octodecim ſcilicet hæc figurarum paria Lydij modi, in genere diatonico, phthongos ita ſignabant vt inter canendum, ſuperior Dictionem, inferior cuiuſque paris, Pulſum denotaret. Primum nempè par, quod ζεῦγος ἐλλειπὲς καὶ τοῦ πλάγιον vocabant, προσλαμβανόμενον; atque illud Dictionem, hoc Pulſum. Secundum quod, Γ ἀνεστραμμένον καὶ Γ ὀρθὸν dixere, ſimilitèr πλαγίου καταπτώσεως. Atque ita deinceps in pthongorum Syſtemate. Eadem ratione id genus aliæ figuræ ceterorum modorum & generum, Enharmonici nimirum & Chromatici, pthongos itidem ſignabant. Quod tamen me ſatis intelligere profiteri non auſus ſum. Autorum verba dun-

duntaxat & figuras de hac re adijcio, vt melioris nimirùm iudicij acumen expectent. Mentem autem heic de Dictione & Pulſu adſequi hactenus (neque fateri pudet) nequiui. Sed verò ita paſſim intelligendus Alypius, vt figura quæ ei primò nominatur, pro ſuperiore habeatur; tametſi non ſolùm in codice meo, quæ Chriſtophori Longolij erat, ante annos C aut circitèr manu exaratus, ſed etiam in Mss. tam Gaudentij Iſagoges Muſicæ quam Alypij exemplaribus, tum bibliothecæ Mertonenſis tum Bodleianæ Oxonijs, altera cuiuſlibet paris figura alteram in porrectum plerunque ſequatur, & proprius ille malè negligatur omninò ſitus quo diuerſa vtriuſque officia notari debuiſſent. Nam, in codicibus illis, miniata delineatio figurarum deſcriptioni illi, quæ ſola in vulgatis habetur, acceſſit. De figuris etiam hiſce Gaudentius ſub Iſagoges finem; ἐχρήσαντο inquit, οἱ παλαιοὶ ὀνόμασι τοῖς τῶν σημασίαν τῶν ὀκτωκαίδεκα φθόγγων, καὶ γράμμασι τοῖς καλουμένοις Σημείοις, ὧν (lege περὶ ὧν) νῦν ῥητέον. Ἡ τῶν μουσικῶν σημείων ἔκθεσις γέγονε μὲν ἐπὶ σημειώσει τῶν φθόγγων, ὅπως μὴ τὰ ὀνόματα καθ' ἕκαστον γράφοιτο, καὶ ἑνὶ δ σημείῳ δύναιτό τις ἐπιγινώσκειν καὶ ἀποσημαίνεσθαι φθόγγον. Et poſteà, ἔθεσαν δ' ἁπλᾶ καθ' ἕκαστον εἶχον τὰ σημεῖα ὧν τὸ μὲν ἄνω τῶν λέξιν ἀποσημαίνει, τὸ δ κάτω τῶν χρῆσιν. Id ipſum dicit quod Alypius. Et ad eandem rem Ariſtides Quintilianus, περὶ Μουσικῆς lib. I. τοῖς μὲν κάτω τὰ κῶλα καὶ τὰ ἐν ταῖς ᾠδαῖς μεσαύλια ἢ ψιλὰ κρούματα, τοῖς δ ἄνω τὰς ᾠδὰς χαρακτηρίζομεν. Codex Ariſtidis Quintiliani manuſcriptus habetur tam in bibliotheca Magdalenenſi Oxonijs quàm Bodleianâ. Sed Magdalenenſis eſt vetuſtior. Scripſit de Muſica tres libros ad τηρητὰς ἑταίρους Euſebium & Florentium, & compluria habet de figuris Muſicis, earum ratione, vſu, ſitu, quæ neque apud Alypium nec Gaudentium reperiuntur. Quæ autem ex Manuſcriptis hiſce Oxonienſibus huc tranſtulimus, cum quamplurimis alijs notatu digniſſimis, quibus nempè locus hic non eſt, ea omninò debemus inſigni humanitati V. Cl. & eruditiſſimi Petri Turneri ſodalis Mertonenſis qui nobis ea communicare amiciſſimè dignatus eſt. Fuſiùs hæc explicent qui Muſicam callent, & cum Bacchij τῦ γέροντος, Autoris Græci vetuſti, Iſagoge comparent. Bacchius habetur integer apud Marinum Merſenium in Geneſim pagina 1887. Eundem etiam Marinum de hac re conſulant paginis 1883. 1666. & 1707. Atque hiſce quæ obitèr indicauimus rite intellectis, cognoſci demùm, opinor, ſatis poterit quale fuerit διάγραμμα illud ſeu σχῆμα ἐπίπεδον τὰς τῶν μελῳδουμένων περιέχον δυνάμεις *ſeu figura plana vires eorum quæ canuntur continens* apud veteres Græcos, vti appellatur Cleonidi in Harmonica quæ Euclidi vulgò tribuitur. Diagrammatum verò ſeu σημείων huiuſmodi (*Tablature* hodie vocamus) primum faciunt nonnulli autorem Stratonicum citharœdum, de qua re conſule virum ſummum Iſaacum Caſaubonum in Animaduerſionum in Athenæum lib. VIII. cap. XII. Alîus omninò & multò ſimplicioris generis ſunt notulæ recentiores Græcorum quas habet Merſenius in Geneſis caput IV. quæſt. LVI. pagina 1527. Vide porro eundem quæſt. LVII. artic. 17. pag. 1694. & quas V. Cl. Iano Rutgerſio oſtendit Græculus ille de quo lepidiſſimum habet vir ille doctiſſimus politiſſimuſque narrationem. Sed ad Nomos redi-

redimus, de quibus vide etiam Cœlium Rhodiginum lib. IX. cap. III. & Scaligerum Poetices lib. I. cap. XIX. Et in prima hac notione vſurpari opinor νόμον à Maximo Tyrio Diſſertatione VII. vbi ἐν γὰρ, inquit, ἐν μουσικῇ μελῶν εἷς νόμος ἐν εἷς χορός. Id genus alia ſunt. Altera τῶ Νόμε notio eſt quando pro ipſo genere cantici tam ex vocabulorum ſcilicet metris aut rhythmis quàm modulis muſicis legitimis in honorem Deorum maximè compoſito ſumitur. Hanc à prima defluxiſſe palam eſt. Cantica nempe quædam ſecundum nomos formata etiam ipſa Nomi tandem dicta; vt, in Eccleſijs tam Orientali quam Occidentali, cantus ſacri Horæ qui horis canonicis canuntur. Sed ad ea cantica quæ in Deorum honorem componebantur Nomorum vocabulum etiam reſtrictum eſt, non aliter ferè quam Verſus, Antiphona, Introitus, Pſalmus, Hymnus, & id genus cetera, quæ ex origine ſua latiſſimè patent, ad ſacras in Chriſtianiſmo cantiones. Etiam in choris præcipuè canebantur Nomi, ſed ſine antiſtrophis. Nec omnia in choris cantica Nomi dicti. Ariſtoteles Problemate XIX ſect. XV. διὰ τὶ ὅτε μὲν νόμοι οὐκ ἐν ἀντιστρόφοις ἐποιοῦντο. αἱ δ' ἄλλαι ᾠδαὶ αἱ χορικαί; *Vnde factum eſt quod nomi ſine antiſtrophis peragebantur, aliæ autem quæ ad choros ſpectant cantilenæ non item?* Vide quæ ſequũtur. Et de Nomis hoc ſenſu conſule ſi placet, præter Plutarchum, Suidam in Timotheo, in Ὄρθιον & in Ἀγμάτειον, & Suetonium in Nerone cap. XX. Proclus autem in Chreſtomathia, diuiſo in tria genera carmine melico, quorum primum ait ad Deos ſpectare, ſecundum ad Homines, tertium εἰς τὰς συμπιπτούσας θεωρίας ſeu *ad ea quæ obiter eueniunt*, ad Deos ſpectare ait Hymnum, Proſodium, Pæanem, Dithyrambum, Nomon, Adonidia, Iobacchum & Hyporchemata. Atqui in ſingulari omnium explicatione Nomon Apolloni proprium facit. Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ, *quin & ab Apolline nomen ſumpſit.* Νόμιος γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπικλήθη, *nam & Apollo Nomius nuncupabatur.* Νόμιον eum dictum non memini, Νόμιον ſæpius, vti & Νομικὸν melopœiæ ſpeciem quæ item νητοειδὴς vocabatur. Martianus Capella lib. IX. *Neotoides quæ & νομικὸς conſueuit vocari, quæ plures ſonos ex vltimis recipit.* Nomen vtrumque forte à nomi, quam tractamus, notione deductum. Nomos autem Apolloni proprios fuiſſe, nullus omninò credo. Nomus ὄρθιος Palladi ſacer erat, vti etiam ἀγματεῖος vt aliqui apud Heſychium; licet etiam hic de Hectore curru ſeu ἄγματι tracto nonnullis accipiatur. Vide Suidam. Et noſter heic planè Proclo aduerſatur. Quin ὀρθοὶ τῶν θεῶν Νόμοι apud Græcos in vſu memorantur Plutarcho. Et Polluci lib. IV Nomi tam Ioui & Palladi quam Apollini tribuuntur. Sed verò de vocabuli ratione, Ariſtoteles Problemate XIX ſect. XXVIII. διὰ τὶ νόμοι καλοῦνται εἰς ἄδοντιν; ἢ ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα ἦσαν τοὺς νόμους ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται· ὥσπερ Λαθύρσοι ἔν τισιν ἐθάσοις; καὶ τῶν ὑστέρων ἔνιοι ᾠδῶν τὰς πρώτας, τὸ αὐτὸ ἐκάλεσαν ὅπερ τὰς πρώτας. *Vnde euenit quod Nomos, quos canunt, ita nominantur? anne inde fit, quod, priuſquam literas callebant, Leges cantabant, ne ſcilicet earum obliuiſcerentur, id quod etiamnum Agathyrſis in vſu eſt? atque adeo recentiorum cantilenarum primarias eo vocabant nomine, quo ipſas primas.* Certè memorant alij Græcis in vſu antiquitus fuiſſe Leges & Decreta ad lyram recitare. Harmonia

apud Martianum Capellam lib IX. *Quid pacis*, inquit, *munia? nonne noſtris cantibus celebrata? Græcarum quippe vrbium multæ ad lyram Leges Decretaque publica recitabant.* Et de ea re vide quod infra habemus de Terpandro. Nihilo ſecius, ſummi philoſophi pace, perſuaſum non poſſum non habere, primariam vocabuli cauſam eandem fuiſſe quam ex Plutarcho ſupra adtulimus, nec à canendis legibus omninò emanâſſe. Duplici hac Nomi notione non animaduerſâ, plurima de veterum & muſica & poeſi loca malè capi neceſſe eſt. Sed deſijt plerunque Prima; poſtquam muſicis legibus, etiam autoritate publica olim ſubnixis, ſoluti, pro artificum ingenio ad alios atque alios Chordarum & pthongorum tum numeros tum intenſiones, vt hodiernus mos eſt, tranſire ſolebant. Et Secundæ vſus frequens erat; vnde & Marmoreo noſtro autori hcic ἄλλοι νόμοι. Sed dum ἄλλους dicit, mutilam illam perochæ partem, quæ præceſſit, de Nomo etiam intelligendam innuit. Harmoniam illam Phrygiam, quam Hyagnidi tribuit, non Modum duntaxat fuiſſe Phrygium, non Nomos prima notione modo Phrygio præſcriptos ſentio, ſed cantilenarum ipſarum modulis inſtructarum genus ſeu melica carmina quæ Deûm Matri propria etiam νόμοι φρύγιοι dicebantur. De eis locutus eſt, puto, Teleſtes Selinuntius, vbi Phrygium huius numinis nomum à Pelopis comitibus in Græciam primam traductum ſcribit & hymnum Lydium deſertè ſimùl memorat:

Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ελλώων ἐν ἀυλοῖς
Σωτηριοὶ Πέλοπος μαγὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον.
Τοὶ δ' ἐξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς
Κρήκον Λύδιον ὕμνον.

Leguntur apud Athenæum in XIV. Nam vt hymnus Lydius planè Cantilena heic, ita nomus Phrygius. Sic Νόμος Perſicus, eodem libro, Diogeni Tragico memoratur. Ita etiam rectè interpretatus eſt B. Hieronymus Euſebium (modò verbo *Citharicorum* venia detur) vbi Meſomedem Cretenſem ſub Antonino Pio, *Citharicorum carminum muſicum poetam* vocat, quem Euſebius, numero BPΞ, ποιητὴν νόμων κιθαρῳδικῶν appellat; vti ad I. Capitolinum doctiſſimè animaduertit etiam V. C. Claudius Salmaſius contra magnum virum qui non modo, notis ad Euſebium, aliter omninò hallucinatus ſcripſit, verùm etiam inde, memoriæ lapſu, in prolegomenis, D. Hieronymum, quid νόμοι eſſent λυρικοὶ ne minimùm quidem odoratum eſſe temerè ſatis aſſerit. Sed error fuit etiam plurium, νόμους pro modis tantum accepiſſe. Tam autem modorum quam ſacrorum carminum ad citharam aptatorum poeta erat Meſomedes, vti & fuerant quamplurimi alij, tametſi ſæpius etiam in ſcena operas ſuas poetis locarent tibicines & modos faciebant, vt videre eſt apud Terentium. Certè tam Modos quam Carmina, ſeu dictionem, ſiue metricam, ſiue rhythmicam componere eiuſdem erat, ſeculis vetuſtiſſimis; vnde cantores & ἀοιδοὶ, poetæ paſſim dicti. Et traiectio eſt iocularis literarum apud Heſychium vbi habent vulgati codices Βαρδοὶ αἱ ὁδοὶ παρὰ Γαλάταις. Quod vir doctiſſimus & de Græcis præſertim literis maximè meritus, vtraque Gloſſarij editione accipit ac ſi *Bardi vias*, quæ ὁδοὶ ſunt, Gallis ſignificaſſet Deierare auſim ſcripſiſſe Heſychium Βαρδοὶ ἀοιδοὶ παρὰ Γαλάταις,

Bardi

Bardi poetæ, seu *cantores sunt Gallis*, vti etiam Britannis, quod ex Athenæo, Marcellino, alijs scimus. Et Festus disertè, *Bardus Gallicè cantor appellatur qui virorum fortium laudes canit*. De Bardi porro voce videsis Turnebi Aduersaria, lib. XXIIII, cap. XV.

Ibid. Νόμους Μητρός, Διονύσῳ, Πᾶνα] Præter Nomos, Deûm matri proprios, etiam alios ei, Baccho, Pani, Satyris, communes cecinit primum Hyagnis Phryx. Et modus *Phrygius*, ante alios, *religiosus* signantèr dicitur Apuleio, Floridorum primo. De communibus horum sacris, vnde orta & Nomorum seu cantilenarum communio, consule inprimis Strabonem libro X, vbi de Curetibus agit, & Euripidis Bacchas. In Nomis hisce & qui fuere cæteris dijs dicati, mira erat & ridicula theogoniarum, amorum, peregrinationum, fraudum, portentorum seges, & sexcenta tam puerilia quam fabulosa. Neque aliter fieri potuit. Atque inde rectè capiendus est locus Philosophorum principis hactenus à viris alioquin doctissimis aliò per tot secula, idque subinde pueriliter nimis, detorsus. In Metaphysicorum II, cap. III. de potentissima consuetudinis vi locutus, πλείω δ' ἰσχύει, inquit, ἔχει τὸ σύνηθες, ὃ νόμοι δηλοῦσιν, ἐν οἷς τὰ μυθώδη καὶ παιδαριώδη μεῖζον ἰσχύει τοῦ γινώσκειν περὶ αὐτῶν, διὰ τὸ ἔθος, *Qualis sit consuetudinis, vis etiam ipsi Nomi demonstrant in quibus fabulosa & puerilia, eo quod eis assueti sumus, plus valent quam vera eorum cognitio*. Etiam ratio eadem in loci interpretatione fortè obtinebit. Commentarijs enim assueuimus plerunque, qui de Legibus siue Ciuilibus, siue Gentium, Philosophum loqui dictitant, quo nihil fabulosius, aut puerilius. Vbinam amabò habentur, siue apud veteres Græcos, siue alibi, ciusmodi leges? Legum, Imperijs in quibus vim sortiuntur, aliquando nonnullæ ineptæ reperiuntur; Enantiophanũ in eis cumulus non deest; rabularum forensium sæpè distorquentur vafritie; alia eis insunt & in plerarunque gentium Legibus semper inerant quæ emendatione, explicatione, obrogatione, abrogatione indigent. Sed quàm fabulosa & puerilia nihil omninò minus. Etiam perquam puerile est, quod habet heic Alexander Aphrodisiensis de fabulâ dentium satorum vnde homines prognati; ac si inde pro patria pugnandum fore lex exegisset. Et prudentiùs Petrus Fonseca in explanatione capitis, postquam vulgatam de Legibus Ciuilibus opinionem tradiderat, *fortasse* adijcit, *tamen nomine τῶν νόμων, intelligit Aristoteles veteres quasdam cantilenas*, & ad Problemata lectorem relegat.

Lin. 22. pag. 6. ΛΩΝΙΑΝ] aut ita legendum aut ...ΔΩΛΙΑΝ puto, scilicet, aut Apolloniam innui aut Cydoniam quæ eadem Cretæ vrbs erat. Sed Apollonia dicta, Minoe Creta regnante. Vide Stephanum in Κυδωνία quod nomen posteà natum.

Lin. 26. pag. 8. Κόρης τὴ ἁρπαγὴν] De Cerere, Triptolemo, Proserpina, in mutilis hisce periochis egisse autorem liquet. Monemus nos tantum, vtcunque Mysteriorum seu Eleusiniorum initia hoc loco collocanda fuerint (de qua re videsis Eusebium numero DCXIX) tamen vestigia tam huius quam proximæ periochæ, quæ supersunt Græca, siue de Musæo, siue Eumolpo, siue de vtrisque, quibus mysteria à nonnullis tributa sunt, breuiusculam narrationem præ se ferre.

Vide Suidam in Μυσαῖ⊙ & in Ἐ'υμολπ⊙. De Muſæis, conſule I. Meurſium Atticarum lectionum lib. II. cap. XIX. & de Eleuſinijs libri eiuſdem ſingularis cap. II.

Lin. 29. pag. 7. Κάθαρμ⊙ φρᾶτον] Luſtratio vibis, quæ in Thargelijs ſeu VI. die Thargelionis quotannis celebrari ſolita eſt, forſan intelligenda. Vrbem ſcilicet, immolatis duobus viris, pro viris altero, altero pro ſexu ſequiori, februabant. Vide Harpocrationem in φάρμακ⊙, Helladium apud Photium cod. CCLXXIX. pag. 1590. Ioannem Tzetzem Chiliad. V. cap. XXIII. & Chil. VIII. cap. CCXXXIX. Michaelem Apoſtolium Centuria XVI. 3. & Suidam in φεβρα. Adde Meurſij Atticarum lectionum lib. IV. cap. XXII. & & Græciæ feriatæ lib. IV. in Thargelijs. Feſtum eiuſmodi menſe Februario Romanis erat. Vide Pompeium in Februario. Et Februa victimis humanis peracta ex veteribus copioſe narrat præſtantiſſimus Vir Hugo Grotius in defenſione Fidei Catholicæ. Victimas autem humanas ſeu ἀνθρωποθυσίας plerunque ſuſtulit Adrianus Imperator quod memorat Porphyrius lib. II. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.

Ibid. Ἐ'ν Ἐ'λευσῖνι ὁ γυμνικὸς] De agone non capere nequis, ſeu certamine Eleuſinio. Myſteria, Eleuſinia alia erant; neque de his agitur. Hallucinati verò ſunt etiam doctiſſimi viri qui certamen Panathenaicum idem cum Eleuſinio fuiſſe putarunt. De illo ſatis ante dictum eſt. De vtroque Ariſtides in Παναθηναϊκῷ. Ἐ'νδοξότατοι πάντων, inquit, οἱ κατὰ πλῶ Ἑλλάδα ἀγῶνες. καὶ μὲ τούτων πρεσβύτατ⊙ ὁ τῶν Παναθηναίων· εἰ ἢ βούλει, ὁ τῶν Ἐ'λευσινίων. *Celeberrima æſtimantur Græciæ certamina. Horum autem vetuſtiſſimum eſt Panathenaicum, aut, ſi mavis, Eleuſinium.* Nam de tempore Eleuſinij inſtituti, ne Ariſtidi quidem ea in oratione conſtitiſſe ſentio; ſententiam ſaltem eum diſſimulaſſe; vnde nata eſt illa de vtriuſque vetuſtate vacillatio, quam male interpretati viri alioquin præſtantiſſimi vtrunque certamen confudere. Sed & ipſe Ariſtides in Ἐλευσινίῳ, ἀγῶνα, oratoriè ſaltem dixit, γυμνικὸν γοῦν πρῶτον Ἐλευσῖνι τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τὸ ἆθλον ἐπὶ τῷ καρπῷ τῷ φανέντ⊙, πρωμίναν τῷ ἀνθρώπων, ὅσον εἰς ἐμὲ ἐκ τῆς ἡμέρου τροφῆς ἐπίδοσιν. *Primum gymnicum certamen Eleuſine peractum eſſe, cum quidem ex frugibus natis conſtaret præmium; periculum facientibus hominibus, quantum ipſis ex alimento manſueto roboris acceſſiſſet.* Sed & apertè diſtinguuntur apud optimum Pindari Scholiaſtem ad Olympiorum ᾠδ⊙ VII. De Rhodio pugile; ἤτοι, inquit, τὰ Παναθήναια γυμνικῶς, ἢ τὰ Ἡράκλεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια, ἢ τὰ Ἐλευσίνια, ἢ τὰ Πανελλήνια. Et diſertè in Chreſtomathia Helladius, ὅτι πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια συνέστη, εἶτα τὰ Ἐλευσίνια ὅτι Πελεῖ τεθνηκότι ἔθηκαν ἆθλα Θεσσαλοί, *Primo Panathenæa inſtituebantur, deinde Peliæ mortuo Eleuſinia certamina inſtituerunt Theſſali.* Cetera facit recentiora. Vide Photium pag. 1590. Adi ſi placet Petri Fabri Agoniſtici lib. III. cap. XXIX.

Lin. 31. pag. 8. Λυκαῖα] De Lycæis Arcadum, ſeu Lupercalibus, vti etiam nonnullis vocantur, vide Euſebium numero DCCCLXVI, atque ibi Scaligerum, præter I. Meurſium Græciæ Feriatæ lib. V. Quæ veteres de hiſce ſacris habent, ab illis ſimul exhibentur.

Lin. 32. pag. 8. Ἡρακλεῖς] Herculis labores aliquot ſub Ægeo rege collocantur apud Euſebium numero DCCLXVIII. Sed quid

quid noſter heic voluerit, conicctarint perſpicaciores.

Lin.33. pag.8. Αθλώησι.....ς τῶν καρπῶν] σείρωσις τῶν καρπῶν lego. Ex quo *ſterilitas frugum contigit*. De ea Plutarchus in Theſeo, vti etiam de oraculo à populo Athenienſi conſulto, Minoe, & quæ ni fallor, hanc perocham integram occupabant, ceteris.

Lin.35.pag.8. Αθλίων τὰς δώδεκα πόλεις] De hac re conſule item Plutarchum in Theſeo, Pauſaniam in Atticis, Euſebium numero DCCLXXIX, atque ibi Scaligerum.

Ibid. καὶ τὴν Δημοκρατίαν] Adeo vt popularis libertatis oſoribus ſeu ὀλιγάρχοις ſolenne inde fuerit, Theſeum, veluti omnium primum autorem malorum ciuitati, incuſare; quod notat Theophraſtus capite περὶ ὀλιγαρχίας. Videſis Iſocratem in Panathenaica & Sigonium de Republica Athenienſium lib. I. cap. V.

Lin.36. pag.8. τὸν τῶν Ισθμίων ἀγῶνα] De Iſthmijs Melicertæ ſacris, à Glauco inſtitutis, ijſque nocturnis, quæ myſteria potiùs quàm certamina erant, in certamen Iſthmium à Theſeo mutatis, vide Apollodorum lib. III. Higynum Fabula CCLXXIII, Pauſaniam ſub Atticorum finem & Corinthiacorum initium præter Plutarchum; vbi etiam Sinin, ſeu Sinnin (de quo heic noſter) occiſum maneſque eius hac inſtauratione placatos habemus.

Lin.37. pag.9. καὶ τὸν ἀγῶνα] Niſi heic de certamine Olympico inſtaurato verba fecerit, nec ariolari omninò poſſum quodnam certamen innuerint orationis reliquiæ, neque in Marmore quidquam de Olympico certamine memorari videtur. Certe Agon Olympicus Euſebio ab Hercule inſtituitur, Theſeo Rege. An de inſtaurato Agone ab Atreo locus capiendus? Vide de Olympici agonis vetuſtioribus inſtaurationibus Scaligerum in Canonum lib. III. pag.283.

Pag.eadem lin.38. lacuna plane ita ſupplenda. Ἀφ' ἧς οἱ Ἕλληνες εἰς Τροίαν ἐστράτευσαν quod idem eſt quod vertimus.

Lin.39. pag.9. δευτέρᾳ ἔτους] Quadratarij incuriâ omiſſum eſt proculdubiò heic εἰκόστῃ καὶ, ita vt annus Meneſthei vigeſimus ſecundus ab autore ſignatus fuerit. Nam ſi anno eius XIII. expeditionem fecere, quid hoc eſt, anno II Troiam cepiſſe? Res palàm eſt. Numerorum autem notæ, tum de expeditione tum de Troia capta ſubobſcuræ ſunt in Marmore. Nec tamen alias quam quas repreſentamus credet quiſquam qui optima perſpicillorum fide, etiam iuſta elementorum alibi in Marmore quantitate nixus, eas denuò elicuerit.

Ibid. μηνὸς Θ.....] Alius quam Thargelion menſis eſſe nequit. Neque enim alius menſis, ſiue à Θ, ſiue ab aliqua figura huic ſimili incipit. Attici item ſcriptores Thargelione menſe Troiam captam plerunque tradunt, de qua re poſteà in Canone Chronico.

Lin.41. pag.9..... γίσθη θυγατὴρ] Nata eſt Ægiſtho & Clytemneſtræ filia, Helena dicta, quam cum vtroque parente trucidauit Oreſtes. De ea, Ptolemæus Hephæſtio apud Photium Cod. CXC.

Lin.41. pag.9. Ορέστης ἐνίκησεν] Capitale in Areopago iudicium in cauſa Oreſtis qui Ægiſthum adulterum, & Clytemneſtram matrem interfecerat, habes apud Æſchylum in Eumenidibus. Et vide Scholiaſtem ibi. Etiam Euſebio τὰ περὶ Ορέστου ſub Demophonte Rege collocantur. In Marmore apertè legitur ἐν Ἀρείῳ πάγῳ pro ἀρείῳ.

Lin.42. pag.9. .... Κύπρῳ Τεύκρῳ] De Teucro Telamonis F. & posteritate eius in Cypro insula, consule Pausaniam in Corinthiacorum primo & Strabonem lib. XIV. Legendum puto Ἀφ' ἧς πλὼ Σαλαμῖνα ἐν Κύπρῳ Τεύκρῳ ᾤκισεν. *Ex quo Salaminem in Cypro condidit Teucer.* De ea re videsis item Seruium ad illud Æneidos I.

——genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum——.

& Isacium Tzetzem ad Lycophronem, pag.80. A Troiæ excidio reuersus hoc fecit. Fusiùs rem memorat Stephanus Lusignanus Cyprius in Cypri Chorographiâ Italicè scripta.

Lin. 42. pag.9. Ἀφ' ἧς Νη..εύς] Νηλεύς. Quæ ad migrationem hanc Ionicam, è Græcia tertiam, Neleo Duce factam, & ad vrbes, quæ heic nominantur, siue conditas, siue instauratas spectant, Vide apud Pausaniam sub initium Achaicorum, Strabonem lib. XIV. maximè verò Ælianum Variar. Hist. lib. VIII. cap. V.

Lin. 44. pag.9. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως] At tunc rex erat Athenarum siue Medon, Codri filius, Nelei frater; siue Acastus Nelei nepos. An ergo binominis horum alter & Menestheus etiam dictus? Nisi ita fuerit, pro Medonte aut Acasto malè Menestheum substituisse videtur quadratarius. Neque enim alius est, apud scriptores, Menestheus præter superiorem illum, quo regnante, Troia capta est, ad quem hoc spectare, alio scilicet seculo gestum, non potest. Etiam annus eius adiectus est; πεντακαιδεκάτῳ ἔτει.

Ibid. Ἀφ' ἧς] Dubitari nequit quin Ἀφ' ἧς Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς ἐφάνη; *Ex quo Hesiodus poeta floruit*, sit legendum.

Lin. 45. pag.9. Ἀφ' ἧς Φ....δων] Φείδων. Æginetas insulæ sterilitate laborantes in mari negotiari coactos ait Ephorus, vnde ad commercia nummos argenteos eis primò, à Phidone Argiuorum Rege, cusos scribit apud Strabonem lib. VIII. Idem est cui ponderum & mensurarum, apud Græcos, inuentio tribuitur. Vide Scaligerum ad Eusebianum MCCXVII.

Lin. 47. pag. 9. Ἀρχίας Εὐαγήτου] Archiæ, qui etiam ex Heraclidis fuit, patrem alibi occurrere incompertum habeo. Sed de colonia ab eo è Corintho deducta, Syracusis conditis aut amplia tis, & Temeno (vnde Temenidæ) satis habetur apud Thucydidem in sexto, Martianum Heracleotem, Pausaniam in Eliacorum primo, Strabonem lib. VI, & VIII. Videsis Scaligerum ad Eusebianum numerum MCCLXXXIIII.

Lin.48. pag.10. Ἀφ' ἧς καθ' ἑαυτὸν, &c.] Spatium lacunæ & elementorum reliquiæ hanc aut huiusmodi lectionem suadent. Ἀφ' ἧς καθ' ἑαυτὸν ἡρήθη ὁ ἄρχων quod in versione substituimus. Res ipsa etiam hunc sensum plane firmat. Ita autem de Archonte ἐπωνύμῳ tantum loquutus, ceteros, qui collegium annuum cum eo constituebant, satis indicauit.

Lin. 49. pag. 10. ὁ Τερπάνδρου] Terpandrum Antissæum & Lesbium, vt heic, dictum scimus; etiam Arnæum & Cumæum Suidæ. Sed vnde Derdenius, aut quid sibi velit, planè nescimus.

Ibid. τοὺς νόμους] De Nomis anteà diximus. In vtraque vocabuli notione, Nomorum Lyricorum autor fuit Terpander, etiam, vt volunt aliqui, primus, quem alij tamen Philammonem fuisse malunt. Sed hanc rem diiudicandam puto ex varia Lyræ Chordarum accessione. Noua enim quælibet accessio nouos

uos peperit Nomos seu leges musicas. Tetrachordem aiunt Orphei, cuius Mercurius: dicitur inuentor, primò auxit Chorebus, secundò Hyagnis, tertio Terpander, septimâ adiectâ. Ita Boetius de Musica lib. I. cap. XX. vbi Nichomachum affert autorem, lyram quatuor duntaxat chordis, etiam Orphei ætate, constitisse. Certe Nichomachus Gerasenus diserte Orphei lyram ait fuisse septichordem, atque, ipso à Mænadibus discerpto, in mare iactam. Iectam autem ad Antissam Lesbi insulæ vrbem. Repertam ad Terpandrum (qui Antissæus) allatam esse. Illum verò secum in Ægyprum portasse vt antistitibus sacris ostenderet, eiusq; inuentorem se primarium seu πρωθυρέτην venditasse. Vide Nichomachum in Harmonicæ Enchiridij lib. II. cap. I. Et Nicephorus Gregoras ad Synesij insomnia septem etiam chordas Orphei lyræ tribuit, ita alij. Neque sane temporum rationi satis conueniunt quæ habet ibi Boetius. Nam Hyagnis etiam Orpheo vetustior; si nostro & Eusebio fides. Higynus item Mercurium primò, septichordem formasse lyram memorat. De Terpandro porrò, Nomis eius, Lyra septichordi atq; alijs in musica ab eo nouatis, vide Plutarchum de Musica, Cleonidis quæ Euclidi tribuitur Harmonicam, Athenæum lib. XIV. Strabonem lib. XIII, Suidam, Anonymum cum Censorino plerunque editum cap. XIX. & veterem hypothesin Pythiorum apud Pindari Scholiasten. Et de lyræ forma, & Chordis, earumque variatione, consule insuper in primis viros summos Scaligerum patrem Poetices lib. I. cap. XLVIII. Filium ad Manilium pag. 422. & Hugonem Grotium ad Arateorum Phænomenon imagines pag. 54. Et συναγωγῇ historicâ cum Eusebio editâ, Simonidem Lyricum, nepotem scilicet, τῇ λύρᾳ τὸν τρίτον ῥόμβον traditur adinuenisse. vide ibi Olympiade NS. Ceterùm Clemens Alexandrinus Stromat. α. de Terpandro; Μέλος ἀρῶτος, inquit, προσέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τὰς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Αντισσαῖος, quod Heruetus vertit, *Modos Poematibus primus adiecit & Lacedæmoniorum leges numerosis versibus scripsit.* De Poematibus vide quæ supra ex Plutarcho adnotauimus, vbi de Nomis. Sed Νόμους heic Leges denotare mihi persuasum omninò non est. Ciuiles scilicet; quæ tamen apud veteres Græcos, seculis eorum vetustioribus, ni fallat Capella, canebantur; de qua re etiam nos supra aliquid adduximus. Exprobrat eo in loco Græcis doctissimus ille pater prima artium, quæ tunc in vsu, inuenta recentiora fuisse, & Ebraicâ antiquitate multo posteriora. Quamplurima enumerat. Inter ea etiam hoc obijcit; quo tempore nihil minùs in vsu fuisse meritò existimarit quis quàm alicubi omninò Ciuiles Leges in Græcia, nedum Lacedæmone, siue cantari, siue versibus scribi numerosis. Neque enim eiusce rei exemplum alibi reperire potuit Aristoteles suo æuo præterquam apud Agathyrsos. Vt videre est in Problematum decimo nono. Intempestiuè igitur nimis neque ad rem, de Legibus Ciuilibus, hæc scripserat Clemens. Sed verò de Nomis, id est cantilenis sacris tunc temporis Lacedæmone vsitatis, appositissimè. Notissimum erat, Græcorum Festis Nomos huiusmodi cani, quod scimus ex Plutarchi libro de Musica, vbi Olympo autori tribuuntur Νόμοι ἁρμονικοὶ οἷς νύν χρῶνται (quæ eius verba sunt) οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν, *Nomi harmonici, quibus nunc etiam vtun-*

tur Græci in Feſtis Deorum. Sed nec ἐμελοποίησεν eſt Clementi, *numeroſis verſibus ſcribere.* Sed *Modulis, ſeu notis Muſicis temperare*, aut *phthongos aptare*, id eſt, ταῖς ᾠδαῖς etiam μίλη περιπλέναι; adeo vt id, quod hic dixit, non aliud fuerit quam Terpandrum tum poematis primùm modos adiecciſſe, ſeu carmina feciſſe melica, tum muſicæ ſacræ, cuius, in Nomis ſeu cantilenis ſacris tunc vſus erat Lacedæmone, autorem fuiſſe. Ita Timoſthenes Ptolemæi Philadelphi claſſis præfectus Nomon Pythicum, cuius vſus ſolennis in certamine Pythico, & partes eius quinque ἐμελοποίησεν, apud Strabonem lib. IX. De opinionis in hac re Patris veritate, non diſceptauimus. Sed aliam fuiſſe eius mentem credere nequeo. Lacedæmonios autem ſignantèr nominauit, quia nulla Græcarum ciuitatum æquè ac illi Muſicam, ſiue bello, ſiue pace, curabant. Teſtes ſunt Athenæus lib. XIV, Capella lib. IX, Agellius lib. I. cap. XI. Ioannes Tzetzes Chiliad. lib. I. cap. XVI. Sextus Empricus aduerſus Mathematicos lib. IV. alij.

Ibid. ... λησε... καὶ τῷ ἐμοσεσθ' ἐμοῦ δι-κίαν μετάσησεν] vertimus *tibijs cecinit* (nam ἤυλησε exaratum fuiſſe non eſt cur dubitemus) ..... *& actionem coram me depulit.* De Terpandro hoc dici nemo ſanus putet. Quid enim cum Terpandro autori noſtro qui quandringentis aut circitèr poſtea annis vixit? Libentèr ἐπίχω heic. Nec tamen quod coniectura ſuggerit, inuidebo. Cum venia id forſan placebit, ſine qua placet nihil. Autor heic legitimæ Muſicæ, cum Imperio forſan, in Republicâ ſuâ præſuit, & prehenſionem ſeu in ius vocationem, ſeu vtramque habuit eorum qui, contra quam leges aut mores recepti præſcripſiſſent, Muſicam innouaſſent, atque, inter narrandum Terpandri nouationem, alium ſibi coæuum (ita videri poſſit) obitèr & parentheſi memorabat, qui, Terpandri exemplo fretus, etiam in receptos illos harmoniæ mores commiſerat & in ius demùm vocatus abſolutus eſt. Iudicium in re huiuſmodi latum habes apud Boetium lib. I. de Muſica in Laconico illo Ephororum Decreto in Timotheum Mileſium, quod in euulgatis libris miſerè corruptum habetur. Reperitur etiam tum apud Paulum Leopardum Emendationum lib. VIII. cap. XIV, tum in Gregorij Gyraldi Hiſtoriæ Poetarùm Dialogo IX. Sed emendatius apud Ioſephum Scaligerum in Manilianis pag. 426. Actio in Timotheum inſtituta eſt, præcipuè quod chordarum lyræ numerum vſque ad vndecem auxiſſet, atque ita iuuenum animos corrupiſſet, τῶν πολυφωνίαν εἰσάγων. Sed Artemon apud Athenæum lib. XIV. ſcribit eum, dum in iudicio ſtabat, atque aderat miniſter, qui, ex Decreto, ſuperfluas chordas præcideret lyramque ad ſeptem reduceret, Ἀπολλώνιον ſeu minutulum Apollinem indicaſſe, ὡς τῶν ἀυτῶν σύνταξιν ἰσόχορδον λύραν ἔχοντα καὶ ἁρμοσθῆναι, *Cuius lyræ tot erant chordæ haud diuerſo ſitu diſpoſitæ, atque inde abſolutum fuiſſe.* Iudicium de Timotheo annos C. aut circiter autoris noſtri Ἀναγραφῶν anteuertit. Sed etiam eius æuo, hoc eſt, poſt initia Imperij Græci, ſeu Seleucidarum, inſignes, pro artificum ingenijs, in Muſicam receptam irrepſiſſe mutationes palam eſt ex ijs inprimis quæ apud Plutarchum habet Ariſtoxenus de Teleſia Thebano ſibi coæuo, & de Ariſtonico Argiuo Menecharmus, & Lyſandro Sicyonio Philochorus apud Athenæum

næum lib. XIV. Alia eiuſmodi ſunt. Et eiuſmodi quempiam reum coram ipſo attore, iudicis partes ſuſtinente, abſolutum præcedens fortè lacuna heic occuparat.

Lin.50. pag.10. Ἀφ' ἧς Α.....ς Λύδο .....] Vix fieri poteſt vt id, quod exaratum fuit, aliud fuerit ab Ἀφ' ἧς Αλυάττης Λύδων ἐβασίλευσε. *Ex quo Alyattes Lydia regnauit.* Vide Canonem noſtrum Chronicum.

Lin. 51. pag.10. Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν] Phaon Lesbius, quem miſerè deperibat Sappho poetria Lyrica, in Siciliam velificauerat, quem demùm (vt noſter heic innuit) Sappho ſecuta eſt, & tædium, quod ob abſentem amaſium paſſa eſt, & patriam fugiens. Ouidius in amatoria Sapphus Epiſtola ad Phaonem.

Nunc tibi Sicelides veniunt nona præda puellæ,
Quid mihi cum Lesbo? Sicelis eſſe volo.

Sed amoris poſtea ac ſpretæ iniuriæ formæ impatiens, in Acarnaniam ſe contulit, vbi Leucadis ſaltum, certiſſimum amoris remedium, idque prima ſubijt, ſi fides Menandro apud Strabonem libro X. De eo ſaltu vide, ante alios, Ptolemæum Hephæſtionem apud Photium. Mitylenæa igitur Sappho, & celeberrima poetria fuit, atque à Phaone amata, & ea ipſa cuius figura numiſmatis inſcribebant Mitylenæi, vt teſtatur Pollux libro IX. Sed Ereſſiam Sappho, non Mitylenæam nec Poetriam illam, Phaonem arſiſſe volunt alij. Vide Nymphin apud Athenæum lib. XIII, Suidam, & Apoſtolium in Φάων. Amorem hunc Sapphus natum perhibet Magorum vanitas, quòd herba maſcula Centumcapita dicta Phaoni contigiſſet. Inde enim viros amabiles fieri. Sic Plinius lib. XXII. cap. VIII. Vide Suidam in Σαπφώ.

—Lin.53. pag.10. Κύρραν] De expeditione qua Eurylochus Criſſæos & Cirrhæos, ſeu Cyrrhæos (nam vtroque modo Cyrrha ſcribitur) eos, qui oraculum conſultabant, inſidijs in via infeſtantes profligabat, heic verba facta fuiſſe certiſſimum eſt. Inde enim inſtauratus Pythicus agon & χρηματίτης factus eſt; præmijs ſcilicet ex opimis confecti belli ſpolijs depromptis. Nec cur χρηματίτης hic agon dictus fuerit, ſatis alibi docetur. Vide Argumenta Scholijs Pindari Pythiorum præfixa, Petrum Fabrum in Agoniſtico lib. II. cap. XXIV, Iulium Scaligerum Poetices lib. I, cap. XXIII. Et Helladio in Chreſtomathia, Certamina Pythia poſita ſunt μετὰ τὸ τὴν Κίρραν πολεῖν, *poſt Cirrhæ cladem.* Videſis item Rhodiginum Antiq. lectionum lib. XIV. cap. XIX.

Lin. 54. pag. 10. ..... ἀγιτὴς ἀγὼν] Ἀφ' ἧς ὁ στεφανίτης ἀγὼν, &c. *Ex quo idem Certamen Coronarium iterum factum eſt.* Præmia ſcilicet Victorum denuò Coronæ erant. Antiquitùs enim etiam coronarium fuerat. Videſis Strabonem, lib. IX. in Phocide, Argumenta Scholijs Pythijs Pindari præfixa, Pauſaniam in Eliacorum II, & in Phocicis. De Archontibus verò Simone & Damaſia ſecundo, plura mox in Canone Chronico.

Lin.55. pag.10. Σωσαρίωνος] Suſarionis poetæ Senarij aliquot, de Fœmina, citantur Stobæo Sermone LXVII. Iidem ſunt quos, diſſimulato Stobæi nomine, habet Gyraldus de Poetis Dialogo VI, qui nil aliud de Suſarione ſibi repertum

esse ait. Clemens vero Alexandrinus Stromat. α. Επενδησαν, inquit, κωμῳδίαν Συσαρίων ὁ Ικαριύς, *Comœdiæ inuentor erat Susarion Icariensis.* Nonnè Sannyrion idem fuit? Haud rarum est, vt nomina quæ rarò occurrunt, depraua-tissime à librarijs describantur. Sannyrionis autem Athenienſis Comici nomen apud Athenæum aliquoties legitur. Habet etiam Suidas. Et veteris Comœdiæ autor primus aut inter primos fuisse dicitur. Vide Iulium Scaligerum Poetices lib. I. cap. VII. Nec contra facit quod Icariensis alter, alter Athenienſis dictus fuerit. Id genus denominationes diuersæ satis sunt frequentes.

Lin. 58. pag. 10. Ε᾽δίδαξεν Ἄλ...στιν] Ἄλκηστιν. Alcestis igitur erat Tragœdia quam primam docuit Thespis. Cognominem habet Euripides. Sed in recensendis Thespidis Tragœdijs nemo scriptorum, puto, Alcestin memorat. Primum etiam Tragœdiæ autorem hunc facit Clemens Stromat. α. & Plutarchus in Solone. Et Horatio de Arte, primus est Thespis

Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum.

quod hic etiam planè ex verborum reliquijs innuitur. De eo vide plura apud eruditissimum Isaacum Casaubonum de Satyrica poesi lib. I, cap. V, Gyraldum, Scaligerum patrem.

Lin. 61. pag. 11. Ἀφ᾽ οὗ χόρεοι πρῶτον] Sublatâ, è veteri Comœdia, Chororum licentiâ, agi cœperunt seorsim, vt primò fermè agebantur. Nam vetus Athenienſium musa nihil aliud erat præter χόρους παίδων καὶ ἀνδρῶν, *choros puerorum & virorum* quod docet Maximus Tyrius dissertatione XXI. Vnde etiam Tragœdia & Comœdia tandem propagatæ. Trichoriam Lacedæmonijs instituerat Tyrtæus ad tres ætates, Puerorum scilicet chorum, Virorum, & Senum. Vide Pollucem lib. IV. De chori item vetustate, vide Eusebium numero DCCXXXIV, vbi de Philammone, & Philostratum in vita Apollonij lib. VI. cap. VI. vbi de Æschylo. Virorum autem non solùm agebatur chorus, sed demùm in certamen euasit, quod vicit primus choragus hic seu chori coryphæus (ita dictus, qui choro præerat & eum docuit seu edidit) cuius nomen penè in Marmore obliteratum aliunde restitui, puto, nequit. *Hypodicus* si legam, fauent satis & elementorum quæ supersunt vestigia & lacunæ spatiolum. Chalcidensem fuisse palam est. Nam Χαλκιδεὺς tantum non integrum in Marmore habetur. Quisquis demùm heic fuerit, & Poetam & Musicam fuisse insignem dubitandum non est. Viderint igitur perspicaciores an *Hippicus* carminum scriptor numero Eusebiano MCCCCLXXVII. (qui æquè ignotus est) aut *Hippasius*, nomen apud Capellam æquè controuersum lib. IX, aut *Pondos & Hyperides*, in libello cum Censorino plerunque edito, aut medelam heic subministrent, aut hinc accipiant.

Lin. 66. pag. 11. Ἀφ᾽ οὗ Ξέρξης τὴν ἀρ-χαιολογίαν] Vide Herodotum in Polyhymnia & eiusce, de hac re, explicationem eruditam apud Dionysium Petauium ad Themistij orationem X.

Lin. 70. pag. 12. Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους] Bini Simonides clariores apud Scriptores habentur. Auus & ex filia nepos. Auus Leoprepis filius vocatur Suidæ; atque ei memorandi artis inuentio tribuitur, de qua item Cicero de Oratore Secundo. At ex nostro liquet Leoprepem aui generum fuisse & nepotis patrem. De auo antea dixerat. Heic

de

de nepote. Cæus vterque fuit; vterque Pocta. Neque igitur auo sed nepoti inuentio illa debetur. De Simonide hoc, vide Ioannem Tzetzem Chiliade I. cap. XXIV, vbi victorias reportasse ait quinquagenta sex. Consule etiam Valerium Maximum lib. VIII. cap. VII.

Lin.72.pag.12. Ἀφ' ὃ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε] De saxo illo quod è cœlo in Ægos flumen cecidisse dicitur, vide Plinium lib. II. cap. LVIII. Eiusdem casus & prædictionis Anaxagoræ meminit Laertius in eius vita. Et apud eundem Silenus historicus ἐπὶ ἄρχοντος scribit δημύλου λίθον ἐξ ὐρανοῦ πεσεῖν, *Archonte Dymilo lapidem è cœlo decidisse.* Sed huius nominis archon alibi non reperitur. Vnde Iosephus Scaliger librarios in Laertij exemplaribus lacunam, quæ archontis nominis locus fuerat, ita præterijsse existimat, vt ex δίμυλον λίθον, quod lapidem instar duarum molarum ei significant & autoris verba erant archontem sequentia, archontis nomen perperam crearent. Legi igitur voluit ille ἐπὶ ἄρχοντος Λυσιάδου δίμυλον, &c. Vide eum ad Eusebianum numerum MDLI. Certè & ipsum Anaxagoram dixisse solem fuisse μύλον διάπυρον, seu *molarem lapidem ignitum* legimus apud Iosephum contra Appionem; vbi tamen μύδρον διάπυρον, vt apud Laertium habetur, id est, *massam candentem* reponi vult Isaacus Casaubonus. Sed demùm si archontis nomen fuerit apud Laertium, ita vt vult Scaliger, prætermissum, nostro heic autore, interfere Θεαγενίδου. Philostratus autem ait Anaxagoram prædixisse ὡς λίθοι δεῖ Αἰγὸς ποταμῷ τῷ ὑραιῷ ἐκδοθήσονται *Lapides*, pluraliter, *in Ægos flumen è cœlo casuros*; De vita Apollonij lib. I. cap. II.

Lin.83. pag.13. Καπνιάσαι τότε] Quidnam id fuerit quod heic autor interseruerat, satis perspectum non habeo. Sed, si bene ariolor, Cometæ flammis Cœlum micans seu ardens notarat. Καπνιάσαι τότε καὶ ὄυρανος, aut eiusmodi quid. *Tunc arsit cœlum.* Certè sub archonte, Aristo elis exemplaribus, Aristæo dicto, ingens in Achaia visus est cometa, in hyeme circa occasum equinoctialem cuius radij etiam tertiam partem cœli illuminarunt. Vide eum Meteorologicorum lib. I. cap. VI. Ei ὁ μέγας κομήτης & ὁ μέγας ἀστὴρ dicitur. τὸ γάρ, inquit, φέγγος ἀπέτεινε μέχρι τοῦ τρίτου μέρους τοῦ ὐρανοῦ, *Lumen eius se extendebat vsque in tertiam cœli partem*, id est, circa occasum ἐφωτίζετο τὸ τρίτον μέρος τὸ ὑπ' ἐκεῖνα, *tertiam Hemisphærij partem illum inabat*, quæ verba sunt Olympiodori ad eundem locum. Loquitur de eo Aristoteles ac si suo æuo aparuisset. Natus est Aristoteles Olympiade XCIX. teste Laertio, atque ita XII. annum ætatis agebat, Olympiadis CI quarto, seu archonte Astcio, de cuius nomine in Marmore non dubitandum. Nam etsi quintum elementum non satis manifestum sit, haud aliud tamen fuisse quàm quod Ἀστεὺς formet ex vestigijs palam est. Neque lacunæ spatium quam τοῦ ἰῶτα amplius est. At verò neque dum vixit Aristoteles, Aristæus archon reperitur, nec in perpetua illa serie archontum CL aut circitèr, quæ Aristotelis excessum proximè antecuertit, nec alibi occurrit aut nomen archontis eiusmodi, aut aliud quod tam Aristæo proximat quàm Asteius, vti vocatur etiam in Fastis archon huius anni. Sub Alcisthene autem archonte qui proximum occupat annum, id ipsum quod Aristæi anno apud Aristotelem tribuitur, collocare videtur Olympiadum

ἀναγραφὴ Scaligeriana. Λαμπὰς, inquit, ὤφθη κατὰ τὸν ἀέρα ἐπὶ πολλὰς νύκτας τοσαύτην ἔχουσα λαμπρότητα καὶ δύναμιν τοῦ φωτὸς, ὥστε ἐπὶ τῆς γῆς σκιὰς ποιεῖν ἀφανισίους τῆ σελήνη, *Fax cœlo visa est plures noctes cuius tantus erat luminis fulgor, vis tanta, vt etiam vix minores fecerit in terra, quam luna, vmbras.* Sed vitium solenne est, in annos proximos Epochas ex locis proprijs desilire; & non semel in ea ἀναγραφῇ commissum.

Lin. 84. pag. 13..... γένετο Θηβαίων] Ἀφ' ἧς ἡ μάχη ἐν Λεύκτροις ἐγένετο Θηβαίων, &c. *Ex quo Leuctrica pugna commissa est, Thebanorum*, &c. Aut vocabulis hisce aut hoc certè sensu supplendam esse lacunæ partem certissimum est. Adi Chronicum canonem ad annum Periodi Iulianæ 4343.

Lin. 89. pag. 14..... κιδόνων βασιλεύων] Ἀφ' ἧς Φίλιππος, ὁ Ἀμύντα τῶν Μακεδόνων βασιλεύει, καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν. Ὤχος δ' ὁ υἱὸς βασιλεύει τῶν Περσῶν ἔτη.... *Ex quo Philippus Amyntæ F. Macedonia regnare cepit, &, Artaxerxe mortuo, successit in Imperio Persico Ochus filius, anni....* Ita scripsisse autorem veri est satis simile. Coniecturæ adstipulantur & spatia eorum quæ periere, & reliquiæ, præter res ipsas, de quibus vide Chronologos. Alia quæ Marmoris Historias explicent, locum habent in notis Chronico Canoni interseritis commodiorem.

Canon Chronicus

Veterum Græcornm Epochas, *ab Anonymo in Marmore descriptas, annis tum* Periodi Iulianæ, *tum qui* vulgarem D. N. Iesu Christi Epocham *anteuertunt, singulatim indicans. Adiectæ sunt etiam suis locis* Olympiadum anni. *Abiectis* scilicet ex 4450. (*quod, qua ratione fit, ostenditur suprà in Apparatu Chronologico*) *singulis, quæ in Marmore habentur, interuallis, relinquuntur singuli anni qui in Periodo Iuliana vnamquamque Epocham designant.*

Anno Periodi Iuliana	Ante Christū	
3132	1582	CEcrops primus, Athenarum Rex, regnare cœpit. Ab eo, Tellus circumiacens, quæ Actica dicta erat, nominata est Cecropia. *Rege Athenarum.* Cecrope primo.

Epocha hæc recentior est Eusebio, annis XXVI. Nec maior firmè consensus est inter eum & nostrum

Anno Periodi Iuliane	Ante Christū.		
		ſtrum ante annuorum Archontum initia, ſeu Periodi Iulianæ annum MMMMXXX.	*Rege Athenienſium.*
3140	1574	Deucalion regnat in Lycoria iuxta Parnaſſum.	*Eodem.*
3182	1532	Actionem inſtituit in Martem Neptunus, de Halirothij cæde; vnde Areopagus ſeu rupes Martia nuncupabatur iudicij locus. Tam Neptuni actionis formulam quàm Martis exceptionis finxit Libanius Sophiſta, declamatione XXII & XXIII.	Cranao.
3185	1529	Deucalionis Diluuium, Fuga, Sacrificium pro ſalute Ioui Phyxio. Conuenit Varro apud D. Auguſtinum de Ciuitate Dei lib. XVIII. cap. X. vti etiam Græca Euſebij pag. 27. Etſi in Chronico ab Hieronymo verſo & in Canone pag. 74. ſub Cecrope ab eodem collocetur. Adſtipulatur noſtro etiam Cedrenus cuius tamen Græca malè diſtincta, non meliùs verſa legimus. Diluuium contigit in Theſſalia ἐπὶ Δευκαλίωνος, inquit, βασιλεύοντος Αθλώπσι δευτέρυ Κρανάυ αὐτόχθονος, *ſub Deucalione, regnante Athenis Rege ſecundo Cranao indigena.* Sed perperam typis editur ἐπὶ Δευκαλίωνος βασιλεύοντος Αθλώπσι, δευτέρυ Κρανάυ αὐτόχθονος, quod à Xylandro peius redditur, *Deucalione Athenis regnante, ſecundo à Cranao indigena.* Quin cum noſtro conſentiunt Tatianus aduerſus gentes, & Clemens Alexandrinus Stromat. a. quorum vterque ſub Crotopo Argiuorum Rege, Athenienſium Cranao coæuo, Diluuium hoc ponunt. Sed Oroſius lib. I. cap. IX. ſub Amphictyone.	*Eodem.*
3192	1522	Amphictyones, & Pylæicus conuentus inſtituuntur.	Amphictyon.
3193	1521	Græci primò Hellenes nuncupati, ab Hellene Phthiotidis Rege. Agon item Panathenaicus inſtitutus; aut de eo inſtituendo ſiue Sancitum, ſiue Conſilium. De Hellenum nomine conſulendus, præter eos qui obuij ſunt, Dicæarchus in βίῳ ἑλλάδος.	*Eodem.*
3195	1519	Cadmia condita a Cadmo Agenoris filio.	*Eodem.*
3198	1516	..... nicia regnant.	

Vide notas pag. 73.

Anno Periodi Iulianæ	Ante Christū.		
		Danaus cum filiabus quinquaginta ex Ægypto, naui, Pentecontoro dicta, in Græciam transuectus. Earum, in Rhodo insula, sacrificia.	*Rege Athenienſium.*
3203	1511		
3208	1506	Primis Panathenæis celebratis, Erichthonius primus currum iunxit. Mysteria Deorum matris in Cybelis cœpere. Hyagnis Phryx Tibias inuenit ; Harmoniam Phrygiam eis primus cecinit ; aliorum Nomorum Matris Deorum, Bacchi, Panis, autor est.	Erichthonio.
.....	.....	Minos Cretâ regnat. Ferrum in Ida monte ab Idæis Dactylis Celimide & ceteris reperitur.	Pandione *primo.*
		De Idæis hisce & Ferro reperto, videsis Strabonem lib. X. & Scholiastem ad Apollonij Argonauticon lib. I. (vnde pleraque compilauit Natalis Comes in Mythologiæ suæ lib. IX. cap. VII) Scaligerum tum ad numerum Eusebianum DXCIX. tum in Canonum lib. III. pag. 341, item Clementem Stromat. a. & Scaligerianam σωαγωγὴν historiarum pag. 400. & 401.	
3305	1409	Ceres Fruges plantat. Triptolemus item, in Eleusine.	Erichtheo.
3315	1599	Mysteria Eleusinia (vt videtur) cœpere.	*Eodem.*
.....	.....	Lustratioinis Festum institutum.	Pandione *secundo.*
.. ...	.....	Certamen in Eleusine gymnicum institutum.	*Eodem.*
.....	.....	Lycæa, seu Lupercalia, in Arcadia instituta.	*Eodem.*
3419	1295	Frugum apud Athenienses sterilitas. Oraculo de ea re consulto, indictum a Minoe adolescentum, impuberum, & virginum tributum subiere.	Ægeo.
		Minos hic secundus erat, qui scilicet primus ἐπιθαλασσοκράτης, seu Maris imperium obtinuit. Videsis Scaligerum ad numerum Eusebianum DCCLXV.	
3455	1259	Theseus sparsos Athenienſium pagos in vnam vrbem collegit, statum popularem instituit, Isthmiorum certamen instaurauit, vt Sinis manes placaret.	Theseo.

....

Anno Periodi Iulianæ	Ante Christũ		
		.....	Rege Athniensium.
3458	1256	Nam ex Græcis elementis numeralibus planè liquet numerum heic proximum fuisse ΜΜΗΗΗΗΗΔΔΔΔΔΔΔΔΔΙΙ, id est, DCCCCXCI. Res ipsa disparuit.	Eodem.
3463	1251	**Certamen, vti non immerito videatur, Olympicum sub Atreo, Hercule certante, instauratum.** Sed vide Eusebium numero DCCCXIV. & Scaligerum in Canonibus lib. III. 283. Adi item Paterculum lib. I. & Clementem Strom. a.	Eodem.
3496	1218	**Græcorum in Troianos expeditio.**	Menestheo
3505	1209	**Ilij excidium, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος, seu XXIV die Thargelionis.** Is dies ad Scaligerianæ periodi Atticæ rationes, est XXIII. Iunij Iuliani. De mense conuenit nostro cum plerisque veterum. Nam Thargelione captum Ilium plures scripserc. Plerunque etiam ὀγδόῃ φθίνοντος seu XXIII; alij etiam Scirrophorionis, mensis sequentis, eodem die. Vide Clementem Stromat. a. & Dionysium Halicarnassensem. lib. I. Certè, ea anni tempestate, scilicet sub æstatis initium, captum esse etiam indicat Virgilius Æneidos III.	Eodem, anno 22. vide notas Historicas.

vix prima inceperat æstas
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.

Vt autem die septimo & die octauo idem dies innui posset palàm est; diuersâ scilicet initij ratione habita. De anno quo capta est Troia alia fuit plerunque Atticorum scriptorum sententia. Vltimo Menesthei tribuunt, qui scilicet sub Menestheo collocant; alijs sub Demophonte Rege, captam tradentibus. At noster proculdubio vigesimum secundum Menesthei, penultimum scilicet eius annum, heic adiecerat, vtcunque quadratarij incuria τῷ εἰκότι pretermittatur, vt suprà monuimus. Et ad annum vsque XXIII. regnasse eum plerunque volunt; etsi in Græcis Eusebij non semel ἔτος λγ ei assignetur & disertè legamus Τότε πδ λγ ἔτει τὸ Ἴλιον ἥλω, *huius anno* XXXIII *Troia capta est*. Sed vide item addenda Græcis eius pag. 215. vbi κγ. leguntur. Plerunque etiam CCCCVII. anni ab excidio hoc ad Olympiadem primam Iphiteam numerantur. Vide Eratosthenis Canones, Eusebium numero DCCCXXXV. & ibi Scaligerum quem etiam

Anno Periodi Iulianæ	Ante Christū		
		conſule in I de Emendatione pag. 43. & V. pag. 355. & III. Canonum pag. 283. & Dionyſium Petauium de Doctrina Temporum lib. IX. cap. XXVII. & ſequentibus. Conſtantinus autem Manaſſes bellum Troianum, annis CL. aut circiter recentius facit. Nam, vnde edoctus neſcio, Priamum à Dauide Iudæorum Rege copias fruſtrà popoſciſſe auxiliares ſcribit,	*Rege Athenienſium.*
		Ex πάντων ὃν, inquit, ἀπορηθεὶς ὁ Δαβιδίδης γέρων Εἰς τὸν Δαβὶδ τὸν ἄναχτα τῆς Ιυδαίας πέμπει Ἀλλ' ὁ Δαβὶδ ὐ δίδοσιν, &c.	
		Et præter Chronologorum, qui perpetuas temporum ſeries ducunt, turbam, videſis item Heruetí Collectanea in Clementem Alexandrinum pag. 797. Sed demonſtratiuam eſſe hanc epocham aſſerit Scaliger, vtpote quæ ſuo tempeſtatis charactere nititur; adeoque, rationibus ſubductis, collocat ille in anno periodi Iulianæ MMMDXXXI. qui, anno à noſtro notato, annis etiam XXVI recentior eſt. Vno anno vetuſtius numero Scaligeriano coniectat fuiſſe hoc excidium Petauius. vtriuſque rationes perpendant & porrò viderint heic doctores. Quin Nouennium tantum integrum interuenit poſt expeditionem Græcorum ad vrbem exciſam. Et Tempore verno expeditiones fieri ſolebant, de qua re vide plura poſteà Notis ad Smyrnæorum Fœdus. Abſoluto demum poſt expeditionem nouennio, ſub æſtatis initijs, id eſt proximo ſeu decimo anno capta eſt vrbs.	
		Et Danaum decimo vere rediſſe rates	
		ait Propertius lib. IV. quod & Chalchantis paſſerum portenti interpretamento apud Homerum Iliade ſecunda eſt conſonum.	
3508	1206	**Iudicium in Areopago de Oreſte.**	Demophonte.
		Nam liquet tam ex numeralium elementorum veſtigijs quam ex iis quæ præcedunt & ſequuntur, numerum heic fuiſſe MHHHH ΔΔΔII. ſeu DCCCCXLII.	
3512	1202	Cypro Teucer ſedes poſuit; Salamine nempè condita.	*Eodem.*
*			Meneſtheo *de quo vide notas ſupra pag. 68.*
3637	1077	**Ionica migratio, Neleo duce.**	
		Tribuuntur hæc plerunque anno octauo Acaſti Regis Athenienſium,	

Anno Periodi Iulianæ | Ante Christū.

Rege Athenienſium,

thenienſium, ſeu periodi Iulianæ MMMDCLXXIII. Vide Euſebium numero DCCCCLXXV. Et annorum CXL interuallum plerunque habetur inter Troianum excidium & hanc migrationem, vti diſertè etiam numerat Eratoſthenes in canonibus. Vide Clementem Stromat. a, Scaligerum ad dictum Euſebij locum, & Petauium de Doctrina Temporum, lib: IX. cap. XXX. Atqui, licet prior pars numeri apud noſtrum diſparuerit, tamen ΔIII. ſeu XIII. cum terminat. Sed nullus eſt numerus qui ternario terminatus & ex DCCCCXLV (quo ſcilicet epocha Troiæ captæ Noſtro notatur) deductus relinquit CXL. Si ſcripſit noſter ΓHHHΔIII id eſt, DCCCXIII interuallum illud ei erit tantùm annorum CXXXII. Neque alius eſt numerus ita terminatus vnde aut interuallo quod diximus numerus propior elici poteſt, aut quo propiùs ad aliorum rationes accedat noſter. Ceterum & ita non ſolum in anno regis (quocunque is fuerit nomine dictus) annis aliquot ab alijs diſcrepat, ſed etiam prochroniſmo annorum XXXVI in epochæ conſtitutione. Nam ſi detur numerum quem diximus eum heic adnotâſſe, reſpondet, in periodo, annus MMMDCXXXVII.

*

Heſiodus floruit.

3770 | 944

Suadet lacuna quæ veſtigia reliqua numeri, qui ad Heſiodi ſpectat, ſequitur, eum integrum fuiſſe ΓHΓΔΔΔ ſeu DCLXXX vnde annus, quem adiecimus, exit. Si aliter fuit terminatus, pauculorum vtcunque annorum diſcrimen eſſe duutaxat palàm eſt. Annum autem notatum fuiſſe puto non alium quam quo primùm Heſiodus poemata publicè recitauit aut in certamen poeticum deſcendit; quod ipſum ſentiendum eſt de anno Homero proximè aſſignato.

Homerus floruit.

3807 | 907

Ita XXXVII annis Heſiodus artis ſuæ ſpecimina publicè edidit ante Homerum. De horum ætate, quæſtio eſt & vetuſtiſſima & celeberrima. Et vter natu antiquior. Sed L. Accius poeta & Ephorus hiſtoricus, vt noſter, Heſiodum priorem faciunt. Vide Agellium lib. III. cap. XI. Varias autem de Homeri æuo ſententias vide apud Clementem Stromat. a, & Euſebium numero DCCCCVIII. & in Chronico Græco pag. 31. 32. 34. & 215. Adi porrò ſi placet Scaligerum ad dictum numerum, Petauium de Doctrina Temporum lib. IX. cap. XXX. Paterculum lib. I. &, ad

Diogneto.

Demophonte.

Eodem.

Menethco de quo vide notas ſupra pag. 88.

Anno Periodi Iulianæ.	Ante Christū.	Olympiad.		
			eum, Lipsium, Philostrati Ἡρωϊκὰ in Euphorbo, &, præter ea quæ congessit Gregorius Gyraldus dialogo II, Apollodorum atque alios apud Ioannem Tzetzem Chiliad. XII. cap. CCCXCIX. Recentiores, qui perpetuas annorum series obiter contexunt, prætermittimus.	Rege Athenensium.
3819	895		**Phidon Argiuorum Rex nummum argenteum percussit in Ægina insula.** Vide Eusebium numero MCCXVII. & Scaligerum ibidem.	.....
*			**Archias Euagiti F. coloniam è Corintho in Siciliam deduxit. Syracusæ conditæ.**	Æschylo.
3957	5 4	757	Conditas Syracusas numero MCCLXXXIV scribit Eusebius, id est ano Clidici Athenarum Regis primo. Epochæ numerus annorum in marmore euanuit. Sed annus regis manet, nimirùm XXI Æschyli regis, qui primum Clidici annis XXIV anteuertit & anno IV. Olympiadis V respondet seu periodi MMMDCCCCLVII. Videsis Scaligerum ad Eusebianum numerum & Hubertum Goltzium in Sicilia pag. 21. qui Eusebium heic sequuntur. Sed instauranda forsan hinc est chronologia tam de Naxo condita quam de Syracusis, si Thucydidi item fides habenda, cui, proximo post Naxum conditam anno, colonia ab Archia deducta est. Vide eum sub initio libri VI. Quinto item, inquit ille, post habitatas Syracusas anno, Chalcidenses è Naxo profecti Catanam condidere, & sub idem tempus Lamis, coloniâ Megaris deductâ, Trotilum condidit; alia item enumerat quæ pariter ab hoc Archiæ epocha ira pendent vt, eâ ignoratâ, simul etiam illa vt ignorentur necesse est. Hæc omnia à Chronologis instaurentur, nostro autore, qui CL. duntaxat annis aut circitèr post Thucydidem scripsit.	
4030	24 1	684	**Primi annui Athenarum archontes.** Consentit heic noster ad amussim cum Eusebio. Et firmat id vterque quod impugnat Scaliger ad numerum Eusebiannm & MCCXCVI & MCCCXXXIII. Sed & vide Eusebij Græca pag. 215. vbi item Olympiade XXIV. primus archon annuus præficitur; qui idem est annus. Atqui ex Pausaniæ loco in Messenicis de Hippomenis archontis decennalis anno quarto, adstruere	Archonte Athenarum. .....

hîc

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante Christū		Archonte Athenarum
			hîc vult Scaliger metrachonismum integri quadriennij commissum esse Eusebio, quem arguit ac si in confesso esset, decennales illos Archontas quatuor singulis decennijs integris præfuisse; id quod etiam admittit Eusebius. Sed discedendum à receptiori de hac Epocha sententia non sentio. Ea scilicet proculdubio notior multò erat quam singulorum Archontum qui præcesserunt, anni, qui etiam pro imperiorum prorogatione, morte præueniente, aut Decreto summouente, plures aut pauciores esse potuissent, nec satis scriptoribus cogniti; ipsa interim annuorum Epochâ, vtpote Olympiadibus aut alio quouis charactere certissimo signatâ, notissimâ. Sed & vide porrò Eusebij Græca pag. 39. lin. 42. & Συναγωγὴν historicam Scaligerianam, vbi triennio recentiùs quam nostro collocatur Creon, primus ἐνιαύσιος ἄρχων, scilicet anno Olympiadis X XI V, tertio vti etiam Carolo Sigonio in Fastis Atticis. Adi insuper Meursium de Archontibus lib. I. cap. VIII, & Petauium lib. XIII. pag. 548.	
4032	24 3	682	.....	Lysiâ.
4369	33 4	645	**Terpander, Poeta & Musicus, Nomorum Autor insignis habetur.** Annus est Olympiadis XXXIII quartus. Eiusdem secundo Terpander insignis habetur Eusebio. Huic etiam æuo cum tribuit Hellanicus de anno dissentiens, apud Athenæum lib. XIV. vbi in Carneis primum eum vicisse ait. Carneorum autem Festum institutum est XXVI. Olympiade, teste ibidem Sosimo. Sed Hieronymo, eodem in loco, Plutarcho etiam libro de Musica, & Nichomacho Gerasceno lib. II. cap. I. multò vetustior est, & Olympiadibus Iphiteis prior. Vnde etiam collocatur à Iosepho Blancano in Mathematicorum Chronologia, anno DCCC, ante Christi Epocham. De Terpandro vide item Ioannem Tzetzem Chil. I. cap. XVI. & Eusebium in Chronico Græco pag. 40.	Dropilo
4109	43 4	605	**Alyattes, *ni fallor*, Lydorum Rex, in Dynastia Mermnadarum.**	Aristocle.

Archonte Athenarum .....

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante christũ.		Archonte Athenarum
			Prochroniſmus eſt apud Chronologos aliquot, qui accuratiùs rem æſtimant, nouennij. Euſebio, ſeptennij. Ex veſtigijs quæ in Marmore nondum obliterata ſunt, cum ſyſtemate eiuſdem æui comparatis, alium heic præter hunc Alyattem innui perſuaſum non habeo. Numeri, qui Epocham deſignaret, partem priorem diſparuiſſe verum eſt. Sed reliquiæ illæ ..... ΔΔΔΔΙ, ſi coniecturæ fides, ΗΗΗΔΔΔΔΙ indicant. Maior eſſe annorum numerus nequit, quod tum ex inſtituto autoris ordine tum ex veteri Græcorum numerandi ratione ſcimus. Si minor fuerit, vt decennio minor ſit neceſſe eſt, adeoque vt eo longiùs à recepta Chronologia diſcrepet. Vide Euſebium num. MCCCCV & Canonum Scaligerianorum lib. II. & III. atque eiuſdem ſequaces.	
.....		.....	Sappho poetria, Lesbia, ſolum vertens, in Siciliam fugit.	Critia *primo.*
4123	47 2	591	Cirrhâ direptâ, agon Pythicus inſtauratus eſt, præmijs ex ipſis ſpolijs propoſitis; nempè χρηματιτὴς factus eſt.	Simone.
4132	49 3	582	Agon Pythicus denuò στεφανιτὴς ſeu coronarius fit. Sic firmat noſter ſententiam receptam de anno quo heic agon coronarius factus eſt; tertio ſcilicet Olympiadis XLIX, vti diſertè Pauſanias etiam in Phocicis. Sed dum hoc firmat, conuellit interim, quæ de Pythiade præcedente habent ſcriptores. Vide Χρωνογωγὴν hiſtoricam cum Euſebij Chronico editam in Olympiadis MH anno tertio. Quin verò Agonem pentaeterícum ante hanc inſtaurationem fuiſſe, pro confeſſo habent, hoc eſt, poſt quartum quemlibet annum agi, vti Olympicum, ſolitum, adeoque præcedentem inſtaurationem quâ χρηματιτὴς, Cyrrhæis excíſis, factus eſt, tertio Olympiadis XLVIII tribuunt; vti etiam, apud Pauſaniam in Phocicis, habetur. Et videſis Scaligerum operis magni libri I. capite de Periodo Delphorum Pythia & ad numerum Euſebiannm MCCCCXXXV. Adde Petauium de Doctrina Temporum lib. I. cap. XXXIII. & Eraſmum Schmidium in prolegomenis ad Pindari Pythionicas.	Damaſiâ *ſecundo.*

Atqui

Anno

Periodi Iulianæ	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum
			Atqui inſtauratio illa, quæ Cyrrhæ excidium ſecuta eſt, noſtro cadit in annum II. Olympiadis XLVII, Iulianæ nempe, vt vides, Periodi MMMMCXXIII. Ita nouennium interceſſit, non tantum quadriennium. Et certè legimus agonem hunc olim fuiſſe nouennalem. Argumenti tertij Pythiorum Pindari autor, ἐτελεῖτο ἢ inquit, ὁ ἀγὼν καταρχὰς μὲν διὰ ἐννεαπηρίδος, *Celebrabatur antiquitus certamen Pythium quolibet nouennio.* Et Cenſorinus de die Natali capite XVIII. *Delphis quoque ludi, qui vocantur Pythia, poſt octauum olim conficiebantur.* Ceterum σωαγωγῆς quam diximus autor (qui ipſe Scaliger eſt) ab inſtaurata, anno Olympiadis XLVIII tertio, Pythiade, ipſas dinumerari Pythiadas ſcribit, neque aliter dinumerat. Res non omninò leuis eſt momenti. Et porrò viderint eruditi. Quod autem ad Archontas attinet, gratiſſima à noſtro lux eſt. Et Simon & Damaſias ſecundus, in Archontum Faſtis, ſuis locis, vnde apud viros doctiſſimos hactenus exularunt, reſtituendi. Vide loca ſuperius in notis ad hunc agonem indicata. Damaſias verò apud Diodorum, qui Olympiade XXXV. præfuit, primus erat; hic, ſub quo inſtauratus agon, ſecundus; quod primò ex hoc Marmore cognitum facem præbet inſignem viro doctiſſimo lib. I. de Archontibus cap. XI, quem vnicum Damaſiæ nomen fefellit.	
.....	.....		Suſarion Icarienſis, Comœdiæ, *vt videtur*, inuentor.	.....
			Vide Notas Hiſtoricas.	
4153	54 4	561	Piſiſtratus tyrannidem Athenis occupat.	.....
4156	55 3	558	Simonides poeta auus natus. Vide numerum periodi inferiùs 4245.	
4158	56 1	556	Croeſi Aſiæ Regis initia. Reliquiæ enim illæ ..... ΔΔΔΔΙΙ palàm oſtendunt, modò perpetua ſcriptoris ordinis ratio obſeruetur, numerum integrum fuiſſe HHIΔΔΔΔΔΙΙ, ſeu CCXCII vnde annus hic prodit.	*Populo.*

Anno Periodi Julianæ.	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum.
*			Cyrus Sardes capit. Hipponax poeta Iambicus eiuſce temporibus floret.	
4168	58 3	546	Si noſtro heic cum Euſebio conuenit, tunc ſcripſit noſter HHIΔ[I]ΔΔΔII, ſeu CCLXXXII, vnde fit Periodi MMMMCLXVIII. Nam Euſebio hæc Epocha eſt Olympiadis LVIII, annus tertius. Sed neque hiſce acquieſcas. Conſule quæ adnotat Scaliger ad numeros Euſebianos MCCCCLXII. & MCCCCLXXI. & Olympiadum ἀναγραφὴν, in NH. Sed de Hipponacte complurium annorum heic apud Euſebium prochroniſmus eſt. Is Olympiade XXIII collocat Hipponactem, ſeu periodi Iulianæ MMMMXXVI. At Plinius certum eſſe ait Hipponactem fuiſſe Olympiade LXIII, quæ ſeculo quod à noſtro indicatur ſatis reſpondet, Vide item Scaligerianam illam Ξωναγωγὴν hiſtoricam Olympiade Ξ.	
*	61		Theſpis poeta, Alceſtidem tragœdiam docens, primus vilem certauit ob hircum.	..nxo. primo.
4178	1	536	Olympiade LXI docuiſſe ſeu Tragœdiam primò edidiſſe Theſpim, autor eſt Suidas. Noſtri numerus in Lacunam deſinit. At ſi Suidæ fides, ſpatio Lacunæ non refragante potiùs annuente, habenda ſit, ita ſupplendus eſt HHIΔ[I]ΔΔIII CCLXXIII. Inde prodeunt numeri quos adnotauimus. Certe minorem fuiſſe quam CCXCI liquet ex Crœſi epocha; & cum noſtro exacte ita conuenit ἀναγραφῇ Olympiadum. Sed de hirco pro præmio dato & tragœdia inde dictâ, prochroniſmus eſt apud Euſebium annorum ſane LV. Vide Numerum eius MCCCCXXVI.	
4189	63 4	525	Æſchilus poeta natus. Vide infra, numerum 4223 & 4257.	
4197	65 4	517	Darij Hyſtaſpis F. Perſarum Regis initium. Quæ reliqua ſunt numeri, autorem ſcripſiſſe HHIΔ[I]III CCLIII, ſatis demonſtrant. Sed metachroniſmus eſt quadriennij, & manifeſtiſſimus error, niſi alia noſtro fuerit annorum eius ratio quam hactenus didicimus. Nam binas habemus apud Ptolomæum in quarto Magnæ Conſtructionis, eclipſes lunares quarum alteri annus Darij XX & dies vigeſimus octauus Epiphi, Nouembris ſcilicet	

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante christū.		Archonte Athenarum
			scilicet XIX, alteri annus XXXI & dies tertius Tybi seu Aprilis XXV tribuitur. Nec aliter eius anni in Ms. quem diximus codice Reuerendissimi Archiepiscopi Cantuariensis notantur quàm in vulgatis, nisi quod numerus XXXI, τῷ τριάκοντα καὶ τεταρτῷ ἀντὶ ἔτους, non numeralibus literis, exprimatur. Et consensus hic est tam exemplarium Græcorum quam versionum siue ex Græcis, sine ex Arabicis, vti ab eximio Mathematices Oxonij professore Ioanne Banbrigio, peramicè monitum est. Eclipsium harum altera in annum Nabonassari CCXLVI incidit, altera in CCLVII, id est in annum periodi Iulianæ MMMMCCXII altera, altera in MMMMCCXXIII. Ergo annus Darij primus congruit periodi anno MMMMCXCIII qui quadriennio solido nostri calculum anteuertit. Videsis Iosephum Scaligerum lib. V. de Emendatione, pag. 379. & Dionysium Petauium de Doctrina Temporum lib. X. cap. XVIII.	
4202	67 1	512	Cædes & fuga Pisistratidarum, & eorum Tyrannidis finis; patriæ liberatoribus, Harmodio & Aristogitone. Propè abest noster à sententia quam V. CL. Ioannes Meursius de Pisistratidarum initio stabilire nititur libro de Fortuna Attica cap. X; Sed tamen abest. Vide eius rationes tum ibi, tum in Pisistrato eius cap. V. Adde Dionysij Petauij Paralipomena ad libros de Doctrina Temporum pagina 856.	
* 4205	67 4	509	Chororum Virilium certamen primum, quo Hypodicus (*aut alius nomine non absimili dictus*) Chalcidensis vicit. Vt numerus qui in lacunam desinit aut HHΔΔΔΔΠ CCXLV fuerit aut ab hisce non multùm discreparit, necesse est. Inde producuntur quos adnotauimus.	Lysagorâ.
4217	70 4	497	Sophocles Poeta Sophillo patre natus. Vide inferius numerum 4244.	
4219	7 2	495	*De Hippia Pisystratida nescio quid habuit heic autor.* Fuga eius in Sigeum non aliud videtur quam tyrannidis Pisistratidarum finis quem supra iudicauerat:	Pythocrito.

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante Christū		
			Neque finis ille locum omninò heic obtinere potuit. De Hippiæ rebus vide Herodotum in Terpsichore & Thucydidem lib. VI. Annus hic est quartus ante pugnam Marathoniam qua Hippias sub Dario stipendia meritus est, & in patriam pugnans occubuit. Notatur eidem anno ab alijs Philippus Archon. Vide Meursium de Archontibus lib. II. cap. III.	*Archonte Athenarum.*
4223	72 2	491	Prelium illud inclytum Marathonium, in quo Persarum clades & Athenienſium victoria, Miltiade duce. In ea etiam pugnat Æschylus poeta annos natus XXXV.	..... *Secundo.*
			Discrepant de anno huius pugnæ Scriptores. Olympiadis LXXII anno primo (qui ipse nostri possit esse annus; Saltem plusquam anno vnico discrepare nequit) epocham hanc collocat Olympiadum ἀναγραφὴ Scaligeriana. Adi Scaligerum ad numerum Eusebianum MDXXV & Meursium de Archontibus lib. II. cap. IV. Sed ingeniosissimas Scaligeri rationes exactè firmat noster. Vide eum de Emendatione Temporum lib. V. pag. 382. Sed aduersatur Petauius de Doctrina Temporum lib. X. cap. XXII. & anno sequenti tribuit. Hac pugna, quod ex vestigijs orationis contextus elicitur, Æschylus poeta annos natus XXXV, certamine strenuè contendit cum fratre scilicet Cynægiro. Annus est Olympiadis LXXII. secundus. Suidas autem concertâsse scribit Pratinam cum Æschylo & Chærillo Olympiade LXX, in Πρατίνας, neque aliud puto voluit in Æschylo vbi, vt codices editi habent, ἠγωνίζετο, inquit, αὐτὸς ἐν τῇ θ Ὀλυμπιάδι ἐτῶν ὢν κς, *Certauit Olympiade* IX *annos natus* XXV. Reseribendum forsân, modo sit ipse sui medela, ἐν τῇ ο Ὀλυμπιάδι. Et procliuis lapsus erat, vt ex O, in numeris Θ fieret. Ita inter Suidam & nostrum de ætate consensus est. At ue ita rectè, puto, Suidas emendatus. Satis item consentit Olympiadum ἀναγραφὴ. Videsis Isâacum Casaubonum de Satyra poesi lib. I. cap. V & I. Meursium de Archontibus lib. II. cap. II. & XIX. & periodi heic annos 4228. & 4257.	
4225	72 4	439	Simonides poeta, Simonidis etiam poetæ avus, clarus victoriâ, *vt videtur*, habetur. Darij, Histaspis	*Aristide.*

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum
			Hiſtaſpis F. Regis Perſarum exceſſus. Xerxis initia.	
			Quæ reſtant ex notis numeralibus ſunt ΔΠ aut ΔΠΙ. Nam vtrum ex veſtigijs eliciendum ſit, non ſatis liquet. Scripſiſſe puto autorem HHΔΔΠ. Inde natus eſt in Periodo Iuliana, annus MMMMCCXXV. In Darij exceſſu heic prochroniſmus eſt, vt in initijs metachroniſmus, ſi ad aliorum rationes exigas. Si alium fingamus numerum integrum ita finientem, longiùs à recepta Epocha vagabimur. Vide Ioſephum Scaligerum de Emend. Temp. lib. 5. pag. 382. Ad Simonidem hunc ſpectat illud apud Euſebium num. MDXXX. Sed & vide eum numero MCCCLIV. & Græcè pag. 40. & infra, annum Periodi 4245.	
4228	73 3	486	Æſchylus annos natus XL, tragœdiâ primùm vicit. Euripides poeta naſcitur. Steſichorus poeta Græcia.....	Philocrate
			De Æſchyli victorijs, vide Scholiaſtem eius in Perſas, Suidam, vitam eius, Gregorium Giraldum Dialog. VI. & quæ ſupra citauimus anno Periodi 4223. Inſtauratio Olympiadum aliquot, quæ ei tributæ, à noſtro forſan accipienda. Sed trinis firmè Olympiadibus integris, ante noſtri Epocham Æſchylum agnitum fuiſſe notat Euſebius; quod ipſum etiam notat Olympiade pluſquam integrâ recentiùs.	
			Euripidis autem natales, apud noſtrum, ſexennio anteuertunt annum à Diogene Laertio in vita Socratis aſſignatum qui eſt Olympiadis LXX primus ſeu Periodi MMMMCCXXXIV, qui annus dicitur vulgò Xerxis tranſitus in Græciam, vt alter regni eius initiorum. Etiam Suidas & Thomas Magiſter, Olympiadum item ἀναγραφὴ Scaligeriana Laertij ſunt ſequaces. Vide porrò Giraldum Dialog. VI, & I. Meurſium de Archontibus lib. II. cap. VIII. Sed Euſebio clarus habetur anno tertio Olympiadis LXXVII. Certè ad Laertij rationes ita admodum puer clarus erat. Ad noſtri verò, annum agens ſextumdecimum.	
			Steſichoros autem habet noſter binos. De altero ſeu	

Anno Periodi Iuliane | Olympiad. | Ante Christū.

iuniore, inferiùs proximè post annum Periodi 4343. Natnm autem scribit Stesichorum Suidas ἐπὶ τῆς λζ Ολυμπιάδ⊙, *Olympiade* XXXVII. Et ad summam senectutem eum peruenisse, annum scilicet LXXXV, ex Luciani Macrobijs docemur. At si natus fuerit Olympiade XXXXVII; ad nostri rationes, iam ad annum CXLVI peruenerat, ætatem eo æuo rarissimam. Atqui & mortem obijsse ait Suidas Olympiade LVI, seu annis LXX ante annum quo noster eum collocat. Eusebio autem clarus habetur Olympiade XLII, mortuus LV. Stesichorus verò, poeta etiam insignis, de quo mortuo Phalaris tyrannus scribit tum ad filias suas tum ad Himeræos Epistolas XXXI, LIV, & CIII, obijt saltem ante Olympiadis XXXVIII annum secundum quo nempe ipsa Phalaridis tyrannis iuxta Eusebium finita. Vide etiam Philaridis Epistolas alias. Anne igitur tres Stesichori? Adi etiam, si placet, Giraldum Dialog. VI. & Ioannem Tzetzem Chiliad. I. cap. XXV. Sed Suidæ etiam conuenit cum σωαγωγῇ historiarum Scaligeriana, quam videsis Olympiadibus ΛΖ & Νς. Geloni autem Siciliæ tyranno coævum fuisse Stesichorum habet Conon, nostro astipulatus, apud Photium Cod. CLXXXVI, sect. 42. vide infrà, annum periodi 4235.

Archonte Athenarum.

4233 | 74 4 | 481 | **Hellesponto nauigia iungit Xerxes. Pugna ad Thermopylas, & prælium ad Salaminem nauale. Xerxis scilicet in Græciam transitus.** *Calliade.*

Hæc vulgò anno tribuuntur proximo. Alij alitèr. Sed de ea re vide quæ Scaliger disputat lib. V. de Emendatione pag. 383. & in tertio Canonum pag. 231. vbi etiam de die, ingeniosissimè, vt solet. Sed exactè cum nostro conueniunt Petauij rationes quas vide de doctrina Temporum lib. X, cap. XXIV. Adde eius caput XXII. libri primi & notas ad Themistij orationem XII. Archon heic erat Calliades vti etiam ex Marmoris vestigijs liquet. Ita etiam nominatur Laertio in vita Socratis, Dionysio Halicarnassensi lib. IX. Diodoro lib. XI. & Thomæ Magistro in vita

Anno Periodi Iulianæ	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum
			vita Euripidis. Sed eidem Laertio in Anaxagora Callias vocatur, vti & Eusebio & D. Hieronymo ad Danielem cap. XI. & Olympiadum ἀναγραφῆ.	Archonte Athenarum
4234	75 1	480	**Pugna ad Platæas. Insignis nempe illa, libertatis Græciæ fortissimè recuperatæ, Epocha. Ignem item euomuit Ætna mons.** Neque enim Marmore alius hic potuit esse numerus integer quam HHΠI qui annum hunc indicat. Transitus Xerxis præcedente hanc pugnam anno suffragijs plerumque omnium collocatur. Itaque Pausaniæ cum nostro de vtroque fortè conuenit. Is enim in Eliacorum II pugnam hanc Olympiadi LXXV tribuit qui hic ipse annus est; ergo, vt videtur, Xerxis transitum præcedenti. Sed apud Eusebium metachronismus est quadriennij; pugna hac Olympiade LXXVI positâ. De Ætnæ flammis consule Philippum Cluuerium in Sicilia antiqua lib. I. cap. VIII. Sed nunc primùm montem ignem euomuisse, innuit, ni fallor, noster.	Xantippo:
4235	75 2	479	**Gelo Dinomenis F. tyrannidem in Sicilia inuadit.** Sed mirum heic inter nostrum & Scriptores alios, quos inter neque consensus est, discrimen. Vide Eusebium numero MDXXX, &, ad eundem, Scaligerum. Adde Pindari Scholiasten ad Pythionicarum I. & III. & Scaligeruu ad numerum porrò Eusebianum MDXLII. item Olympiadis OB anni secundi ἀναγραφὴν.	Timosthene.
4236	79 3	478	**Simonides nepos, Leoprepis filius, Cœus, is qui memorandi artem inuenit, ludis Athenis vicit. Pisistratidarum percussoribus, libertatis scilicet patriæ vindicibus, Harmodio & Aristogitoni statuæ positæ sunt.** In lacunam definit numerus. Sed ex eo quod Archontis nominis reliquum est ....μάντυ, manifestum est satis Δεινομάντυ, exaratum fuisse. Is proximuum post Timosthenem annum occupat in Fastis Atticis. Numerus igitur erat HHΔIIII, CCXIV, qui nostros facit; aut proximè minor. De Simonide hoc, nihil, ni fallor, occurrit in Eusebij Chronicis. Videsis supra ad annum	Adimanto.

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum.
			num periodi 4225. & inferius ad 4245. vbi de Simonide auo. Nepotem autem legimus, ἐν τῇ σωαγωγῇ historica à Ioſepho Scaligero edita, floruiſſe Olympiade LVI, anno ſcilicet LXXX aut circitèr ante noſtri Epocham.	
4242	77 1	472	**Hiero Syracuſis tyrannidem occupat, Geloni fratri ſuccedens. Huic coæuus fuit Epicharmus poeta.** Ergo annos duntaxat VII non XVII. regnauit Gelo; quod tamen in Euſebij Græcis &, pro rationum fundamento, Scaligero habetur. Annus hic eſt Olympias LXXVII. Prochroniſmus eſt, in Hieronis initijs, triennij apud Euſebium; ſpatij item amplioris, ſi perochæ, quæ de Hierone præcedit, fides apud eundem magis habenda. Vide enim numero MDXXXVIII & MDXLII. Pindari Scholiaſtes ad Pythiorum III, καθίσατο, inquit, ὁ Ἱέρων Βασιλεὺς ἐπὶ τῶν Ἑβδομηκοστὸν ἕκτον Ὀλυμπιάδα, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος τῇ προκειμένῃ Ὀλυμπιάδι συγχρόνως ἔσης. *Regnare cœpit Hiero Rex Olympiade* LXXVI, *quæ Pythiadi* XXVIII *reſpondet.* Id eſt anno Olympiadis LXXVI tertio qui ipſa eſt Pythias XXVIII, ab eo tempore quo agon Pythicus coronarius factus eſt dinumerata; de qua re vide antè numerum Periodi 4132. Tertij autem Olympiadum anni Pythiades ſunt. Sed Pindari Scholiaſtis calculus, biennio tantum anteuertens, Noſtri rationibus proximat. Vide ſupra citata ad numerum 4235. præter ἀναγραφὴν Olympiadum, in ΠΕ. Veſtigia autem quæ in Marmore reſtant, Charetem ſatis indicant Archontem qui hunc annum in Faſtis Atticis tenet. Scripſit planè noſter Χάρητος.	Charete.
4244	77 3	470.	**Socrates philoſophus naſcitur. Sophocles tragicus Sophilli filius tragœdiaâ primò vicit, annos natus XXVIII.** De Socrate vide infrà annum Periodi 4313. At natus igitur eſt Sophocles Periodi anno MMMMCCXVII. ſeu Olympiadis LXX, quarto, vt ſuprà notauimus. Metachroniſmus, de natalibus, nouennij eſt apud Suidam qui natum eum eſſe ait ἐπὶ τῶν ογ Ὀλυμπιάδος ſeu Olympiade LXXIII. Quadriennij, apud vitæ eius autorem	Apſephione.

Anno Periodi Iuliane | Olympiad. | Ante Christū.

torem qui LXXI Olympiadis ſecundo & Philippo Archonti tribuunt. Ita etiam Olympiadum ἀναγραφεὺς anonymus, quem vide item anno tertio LXXIII Olympiadis. Vide Meurſium de Archontibus lib. II. cap. III. & Gregorium Giraldum. Sed hoc ipſo anno id ipſum de victoria eius forte innuerat Euſebius. Nam ſub eodem in Latinis; *Sophocles & Euripides*, inquit, *clari habentur*. In Græco vero Canone, anno præcedente eum quem deſignat noſter, Σοφοκλῆς, ait, τραγωδοποιὸς πρῶτον ἐπιδείξατο, *Sophocles Tragicus poeta primum ingenij ſui opera publicauit*, id eſt, in certamen poeticum deſcendit, quod tamen in Latinis Euſebij ipſa Olympiade ponitur. Vide eum numero MDXLV, & in priore parte Chronicorum Græcè pag. 44, D. Hieronymum ad Danielem cap. XI. & Scaligerum ad dictum numerum. De Archonte huius anni, vide inferius ad Periodi 4313. *Archonte Athenarum*

77

4245 | 4 | 469

Saxum cecidit in Ægos flumen. Simonides poeta mortuus eſt nonagenarius. *Theagenide.*

De Archontis nomine non eſt cur dubitemus. Plane indicat quod eſt nominis in Marmore reliquum. Vide autem notas hiſtoricas. De Saxi caſu (de cœlo nempè decidiſſe ferebant) quadrennij eſt apud Euſebium Metachroniſmus. Prochroniſmus Plinio biennij. Vide eum lib. II. cap. LVIII. Sed non omninò heic doctiſſimo viro aſſentire queo, qui, ex Lyſandri vita apud Plutarchum, putat eliciendum, Anaxagoram quidem caſum, vti eſt apud Laertium, prædixiſſe, ſed ſexaginta aut circitèr poſt annis ſaxum cecidiſſe; eò ſcilicet quòd Lyſandri in Athenienſes victoriam, quæ tot annis poſtea parta eſt ad Ægos flumen, caſum hunc portendiſſe tunc coniectabant nonnulli, aut eius σημεῖον, quod ait Plutarchus, fuiſſe; ac ſi caſus, qui tot annis anteuerterat, victoriæ ſignum fuiſſe minimè omninò coniectâſſent harioli. At verò ex aſtrorum poſitu, ſcimus, fata, quæ poſt multò plures annos eueniant, mitti, à ſutili Aſtrologorum gente quotidiè, idque ritu veteri, prædici ſolere. Quod nemo neſcit qui eorum ἀφέτας, ἀναιρέτας, Directiones, vti vocant, & Reuolutiones tam in ſingularium hominum quam in vrbium gentiúmque

Anno Periodi Iulianæ | Olympiad. | Ante Christū

thematis atque alias eiusdem farinæ nugas exprauit. Etiam celeberrimum est in historia Britannica saxum, quod, non semel translatum, certissimum futuri, post complaria secula in loco quem occupauerit, regni indicium & omen habitum est; idque divulgatissimo carmine. Nihil igitur vetat quin Saxum quod sub Anaxagora ccecidit, victoriæ quæ tot annis postea parta est, siue signum siue portentum apud coniectores, qui tam libentissimè rerum eiusmodi ansas quam vanissimè arripiunt, æstimarctur. Sed porrò de casu vide ibidem Plutarchum. Adi, si placet, I. Meursium de Archontibus lib. II. cap. XIV. Romæ certé lapidibus pluisse sæpiùs, & portentum sacris nouendialibus ritu veteri lustrari solitum leginus apud Iulium Obsequentem de Prodigijs. Et eiusmodi quid de lapidibus, æuis recentioribus non vno in loco memoratur. *Archonte Athenarum.*

De Simonide auo heic autorem locutum esse puto. Adi notas historicas pag. 90. Simonidis nomen non semel luxatum legitur apud Eusebium. Vide suprà, annum periodi 4225. Sed & vide cum numero MCCCC-LVII, qui Olympias est LV. id est Periodi Iulianæ MMMMCLIV. *Simonides*, inquit, *clarus habetur*; & in Græcis Σιμωνίδης ἐγνωρίζετο. Certè circa eum ipsum annum, si nunc nonagenarius erat, natales eius collocandi. Nonne igitur pro ἐγίνετο illuc irrepsit ἐγνωρίζετο. quod tum Eusebium in annalibus quos exscripsit, tum D. Hieronymum fefellerit? Suadet sane temporis ratio. Ad eundem Simonidem etiam spectat illud, puto, quod habet Eusebius numero MCCCCLXXX. Sed quod occurrit de hoc nomine apud eum MCCCLIV, pertinere ad auum ibi nequit, nedum ad nepotem. Et certè submouendum. Vide Gregorium Giraldum. Adde quod habetur in ἀναγραφῇ Olympiadum XB. & apud Synesium Epistolâ XLIX, ad Theotimum.

4251 | 79 2 | 463 | **Alexander Macedonum Rex vitam finit. Succedit filius eius Perdiccas.** *Euthippo.*

De Archonte, quem tamen Euhippum vocant, consensus aliquis est apud alios scriptores. De anno vix vllus apud veteres. Vide Eusebium, Diodorum, Scaligeri Canonum librum III. pag. 335. & Dionysium Petauium in Parali-

po-

Anno Periodi Iulianæ	Olympiad.	Ante Christū		Archonte Athenarum
			pomenis ad Doctrinam Temporum pag. 849. Marmoris autem vestigia reliqua tam patris quam filij nomina satis indicant.	
4257	80 4	457	**Æschilus poeta; annum agens LXIX, moritur in Sicilia.** De eo vide supra ad annos Periodi 4189, 4223, & 4228. Apud Suidam autem ætas eius annis vndecem minor est. In vita eius, sexennio. Adi item, præter Isaacum Casaubonum de Satyrica Poesi lib. I. cap. V, & Gregorium Gyraldum, Ioannem Meursium de Archontibus lib. II. cap. XIX.	Callia primo.
circa 4260	81 3	454	**Timotheus Milesius nascitur.** Vide inferiùs inter annos Periodi 4348. & 4352.	
*				
4270	84 1	442	**Euripides poeta, ætatis annorum XLIII, tragœdiâ primò vicit. Coæui ei erant Socrates & Anaxagoras.** Vide supra ad annum Periodi 4228. Hoc ipso anno Eusebius; Ευριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο, *Euripides tragœdiarum scriptor clarus habetur*, vt habet D. Hieronymus. Victoria hæc innuitur. Numeri in Marmore literæ posteriores euannere. Sed par satis est, vt credamus, ex ijs quæ de natalibus Euripidis supra habentur, scriptum fuisse HIΔΔΔΔ siue CLXXX. Id firmat etiam lacunæ spatium. Sed & vide D. Hieronymum ad Danielem cap. XI. At Diphilus biennio post Archon est in Fastis.	Diphilo.
4275	85 2	440	**Philoxenus poeta dithyrambicus nascitur.** Vide inferiùs ad annum Periodi 4334.	
*				
4294	90 1	420	**Perdiccas Macedonum Rex moritur. Succedit ei Archelaus.** Obliterantur pleræque numerales literæ quæ Archelai initium signabant. Sed ex Archontis nomine forsan deprehendendi. Is est Astyphilus, alijs item Aristophilus dictus. Sed, cum nostro, Astyphilum eum nominat Athenæus lib. V. Archon erat ille anno Olympiadis XC primo qui est Periodi Iulianæ MMMMCCXCIV.	Astyphilo.

vide

Anno Periodi Iulianæ	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum.
			vide Diodorum, & Meurſium de Archontibus lib. III. cap. VIII. Ita ſcripſit noſter HIΔIII ſeu CLVI, ſi ad Archontum Faſtos vulgatos eum exigas. Quos inter & eum interdum tamen diſcrimen eſt. Ergo regnauit Perdiccas annos LXIII, qui ſunt XV plures quàm ei tribuit Euſebius. Sed de Perdiccæ exceſſu & Archelai initijs immanis eſt apud veteres diſcrepantia, quorum nemini tamen adſentit noſter. Certè Nicomedes Acanthius qui annos XLI Perdiccam regnaſſe ſcripſit propiùs à noſtro abeſt. Theopompus autem regnaſſe eum tradidit annos XXXV, Anaximines XL, Hieronymus, vetus rerum Græcarum Scriptor, XXVIII, (quem ſecutus eſt Euſebius) & vt aliquis demum reperiatur conſenſus, Marſyas & Philochorus XXIII. Horum ſententias exhibet Athenæus lib. V. Singularem item habet Diodorus ſibi Perdiccæ exceſſus annum.	
4303	92 2	411	**Dionyſius Syracuſis tyrannidem occupat.** Metachroniſmus eſt triennij apud Euſebium. Vide eum num. MDCIX, Diodorum, alios. Sed tamen ipſum annum, cui eius initia tyrannidis plerunque tribuuntur, obtinet Euctemon (quem habet noſter) Archon in Faſtis vulgatis, in quibus Theopompus eſt noſtri anno Archon, intercedentibus Glaucippo & Diocle ante Euctemonem. Vide Epocham heic proximam.	Euctemone.
4305	92 4	409	**Euripides poeta moritur, Septuagenarius.** Vide ſupra ad annum periodi 4228. & 4270. At Euſebio anno qui proxime inſequitur, eodem ſcilicet quo ille Dionyſij Siculi initia ſtatuit, moritur Euripides. Videſis ad eum, Scaligerum, ad numerum MDCIX. Archon autem anni, quo viuere deſijt Euripides, Callias eſt alijs; qui Antigenem ſcillcet excepit & triennio tardiùs quam noſtri rationes patiuntur magiſtratum iniuit, vti & Antigenes biennio; ſi ſcriptoribus vulgatis credimus. Vide Diodorum & Meurſij Archontas lib. III. cap. XII. Et huic anno Diocles aſſignatur. Quin Euctemon & Antigenes archontes ſunt in faſtis continui, cum tamen inter Dionyſij initia, archonte Euctemone, & Euripidis mortem, Antigene archonte, intercedat heic biennium intregrum. Sed id rectè ſatis fieri	Antigene.

forſan

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante Christū	
			forſan potuit, ſeruatâ interim exactiſſimè ſucceſſione illa continua, ſi annorum embolimæorum rationem habeamus, eorumque in enneadecaeteride Metonica ad Scaligeri calculum. Etenim ſub hiſce archontibus agebatur enneadecaeteris ſecunda, cuius in annum quintum, iuxta noſtrum, cadit annus Antigenis, qui Scaligero atque eius ſequacibus eſt embolimæus. Et rationibus ita ſubductis, Euctemonis initia ſiue Hecatombæonis eius neomenia incidit in XII Iulij, Antigenis in eiuſdem menſis redeuntis II, cuius tamen annus, vtpote embolimæus, Euctemonis ſuperabat diebus ſaltem XV & ad XVI diem Iulij proximi anni protendebatur. Ita Euctemonis & Antigenis bini anni ciuiles præter duos integros annos ſolares communes, dies IV occupabant. Cum quibus etiam quatuor alij dies ἄναρχοι cenſendi, de quibus ſupra. Itaque quod ſub initijs euenit Euctemonis, biennio ante collocandum fuerit quam id quod ſub Antigenis finem. Atque ita tempeſtas anni, fermè ipſi dies, in vtraque epocha hinc (ſi fides calculo) indicari poſſint. Cæterùm, leui elementorum figuræ mutatione vulgatis heic rationibus conſentiet ferè noſter in vtroque archonte. Scilicet ſi in hac Epocha legerimus, quod mihi non permittit marmor, HΔΔΔΔII, in illa verò HΔΔΔΔIIII. Sed ratio tunc intercalationis Scaligerianæ non procedit. Nam anni quibus collocantur hi archontes in faſtis ſunt ei vtrjque communes. Sextus nempe & ſeptimus enneadecaeteridis. Sed de Metonico hoc cycho, vide porrò Dionyſium Petauium cui calculus alius eſt, alia embolimorum diſpoſitio. Et nec Euctemonis neque Antigenis (vt noſtro collocantur) annus ei embolimæus eſt. Diſcrepant enim ſæpiùs Scaliger & Petauius in primæ anni Attici neomeniæ loco. Hic eam perpetuò fuiſſe quæ Solſtitio proximabat aſſerit, ille eam quæ ſolſtitium proxime inſequebatur. Atque in ea re cardo certe eſt controuerſiæ quam de calculo Attico inſtituit in Scaligerum Petauius. Vide Petauium lib. II. de Doctrina Temp. cap. XI, XII & XIII.	Archonte Athenarum
4307	93 2	407	Sophocles annorum ætatis XCI moritur. Cyrus minor in Aſiam aſcendit.	Callia primo.

Quamuis diſparuerit epochæ numerus, & primum

Anno Periodi Iulianæ	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum.
			etiam ætatis Sophoclis elementum, tamen ex eo quod huius reliquum est,& eis quæ superius de Sophocle occurrunt, annus quem annotauimus non obscurè elicitur, vide supra ad annum 4244. Epocha igitur in marmore heic erat HΔΔΔΔIII seu CXLIII. At tam Euripidis quam Sophoclis mortem statuunt eodem anno, alij plerique. Vide Meursium de Archontibus, lib. III. cap. XII. Gregorium Giraldum Dialog. VI, & Olympiadum ἀναγραφὴν anno tertio nonagesimæ tertiæ. Cyri ascensum ex vestigijs illis ἀνε..... quod ἀνέβαινεν fortè indicat, adiecimus. Sed ἐπίχα. Hunc sexennio post ascendisse tam Eusebius quam Diodorus scribit, archonte Exæneto. Vide inferiùs ad annum periodi 4312. Sed nec ita, biennio intercedente inter hanc & eam quæ precedit epocham, Antigeni proxime succedit Callias quod tamen volunt fasti omnes. Neque heic ab intercalatione medicina est, iuxta nostri rationes; si eas rectè capimus. Atqui ita hi in fastis collocantur, vt septimum alter, alter octauum enneadeteridis annum, id est emboliмæum, occupet. Et Antigenis sic annus à X Iulij ad XXVIII Iunij, Calliæ autem inde ad XVII Iulij redeuntis anni Scaligeriani extenditur. Certè sic biennium inter eorum præturis signatas Epochas locum habuerit. Adiectione autem τῶ πρώτου innuit Calliam, vt videtur, etiam nunc archontem fuisse qui L anteà anno, quo mortuus est Æschylus, archon item erat etiam tunc ὁ πρότερος dictus. Alius enim eiusdem nominis erat eodem æuo subinde archon annuus.	
4311	94 2	403	**Telestes poeta Athenis vicit.** Selinuntium poetam dithyrambicum intelligit. Athenæo citatur hic sæpius. Nec dubitari potest de nomine tametsi primum disparuerit in marmore elementum. Quadriennio autem pòst, illustris habetur apud Diodorum, lib. XIV. Ithycle scilicet archonte. Et cum ὀκτωμυστάτοις διθυραμβοποιοῖς Timotheo Milesio, Philoxeno & Polyeido connumeratur. Vide infra ad annum periodi 4334. Telestis vitam scripsit Aristoxenus Musicus, vti memorat Apollonius in ἱστορίᾳ θαυμασίᾳ μ.	Micone.
4313	94 4	401	**Socrates Philosophus, senex septuagenarius, moritur.**	Lachete.

Euse-

Anno Periodi Iuliana	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum
			Eusebio Olympiadis XCV anno II moritur Socrates. Metachronismus est biennij, aut circiter. Sed & Eusebius in Græcis nonagenarium tempore mortis fuisse ait. πρὸν τὸ κώνειον ἐπιδεῖναι ζήσας ἔτη G, *Hausta cicuta mortuus est nonagenarius.* Deprauata fortè est illa figura numeralis ex Ō quod Septuaginta notat. Quin natales Socratis Eusebio, ipso anno tertio Olympiadis LXXVIII tribuuntur. Ita mortuus est, postquam vicerat annos LXV. In vtroque igitur loco erratum est. Sed ad amussim fermè consentiunt noster & Apollodorus apud Laertium qui Olympiadis LXXVII anno quarto sub Aphepsione, aut Apsephione, vti nostro vocatur, archonte natum scribit. Et tam de anno natalium expressè Olympiadum ἀναγραφὴ, quam de mortis, astipulatur. Vide supra annum periodi 4244. Neque omninò vllâ Laertij loco, in vita Socratis, de hac re medelâ opus est quam tamen attulit vir doctissimus tam Aphepsionis & Phædonis nominibus eundem, apud Scriptores, annum designantibus, quàm iteratis fortè Aphepsionis præturis, in fallor ipse, deceptus; nec tamen sine exemplo. videsis Ἀναγραφὴ Olympiadum, Olympiad. OΔ anno tertio & I. Meursium de Archontibus lib. II cap. VII & XII. Nam per totum annum τῆς ἀρχιερείας, quo Socratem natum aiunt, aut Aphepsion magistratum gessit, Phædon etiam, nescio quare, vocatus, aut suffectus est ei mortuo Phædon qui quod reliquum erat anni incepti impleuit. Videsis fastos Atticos & Suidam. Etiam de morte adeoque de ætatis annis cum nostro satis conuenit Laertio, quem consulas in vita Xenophontis vbi idem dicit quod in Socratis. Laertius autem Xenophontem cum Cyro ascendisse ait proximo ante Socratis obitum anno. Certè de ijs qui μετὰ τὴν Κύρου ἀνάβασιν scripsisse etiam heic nostrum, vix est vt omninò dubitemus. Vestigia illa ..... Κύρου ἀναβάντος satis suadent. Etiam sub hoc ipso tempore collocatur apud optimos Scriptores ipsa Cyri ἀνάβασις. Vide Scaligerum de Emendatione lib. V. pag. 389. & suprà, annum periodi 4307.	
4315	95 2	399	..... Atqui in Fastis, archontes continui sunt Laches & Aristocrates; integro nihilominus heic inter epochas bi-	Aristocrate.

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante Christū		
			biennio putato. Neque opem fert heic Scaligeriana intercalatio, sine anni ἐμπαιείας ratio. Secundæ enim enneadecaeteridis Metonicæ annos habent hi, vti in fastis locantur, XIV & XV, quorum vterque ad Scaligeri calculum communis est. Anne igitur inter hosce alius locum obtinuit? Atqui ad nostri rationes, Lacheti annus est embolimæus, decimustertius nimirum enneadecaeterici Cycli secundi, vnde saltem res hæc salua fieri possit. Calculo autem Petauiano etiam annus Cycli huius XIV est embolimæus.	*Archonte Athenarum.*
.....	100	.....	..... Dithyrambo Athenis vicit.	Pytheā.
4334	1	380	Philoxenus poeta dithyrambicus, Sexagenarius moritur.	
*			Videsis supra, ad annum periodi 4311.	
4337	100 4	377	Anaxandrides comicus primò, *vt videtur*, vicit.	Calleā.
			Annus epochæ disparuit; sed manet archon qui Calleas est seu Callias, vt Diodoro atque alijs dicitur; quem Chabriam malè nominat Sigonius. Post Aristocratem archontem, nostro cum fastis vulgatis, de annis, exactè conuenit. Ita numerus heic erat HΔIII seu CXIII, vnde is quem adiecimus prodit. Optimè consentit Suidas in Ἀναξανδρίδης. Et Anno proximo ἐγραφίζετο, in Olympiadum ἀναγεγραφῇ, archonte Chariandro.	
4341	101 4	373	Astydamas, ludis edendis, vicit Athenis. Ingens arsit Cometes.	Asteio.
			At Fabulæ Arstydamas, poeta vtpote tragicus, commissione certabat annis anteà XXVI, aut circiter, archonte Aristocrate. Ita tum Diodoro, lib. XIV. tum Olympiadum ἀναγεγραφῇ legitur. De Cometa, vide Notas Historicas.	
4343	102 2	371	Pugna Leuctrica Lacedæmoniorum & Thebanorum, in qua grauissima illorum clades.	Phrasiclide.
			Ita hanc Lacedæmoniorum cladem collocat disertè Pausanias in Arcadicis; ita alij. Anno insequenti potiùs tribuit magnus Scaliger. Vide cum de Emenda-	

tione

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante Christū.	
			tione lib. V. pag. 391. Saltem Phraſiclide in fine anni magiſtratum gerente, putat prælium commiſſum. Nam Plutarchus (quem de hac pugna vide in Pelopida & Epaminonda) contigiſſe ait Hippodromij menſis πέμπτῃ ἱσταμένου. Et Hippodromium cum Hecatombæone confert. Sed ea res ſatis eſt, ſi dies ſpectemus, incerta; de tempeſtate interim anni, non item. Phraſiclidis annus, ad Scaligeri rationes Metonicas, embolimæus, quintus nempe enneadecaeteridis quartæ Metonicæ, incepit II. die Iulij; finiuit eiuſdem menſis XV. in anno ſequente. Et cum ſub id tempus, æſtiuum ſcilicet Solſtitium, quod Plutarchi de Hecamtobæone mentio innuit, prælium commiſſum fuerit, atque noſter annos ſolares ab VIII. Iulij retrò putarit (de qua re, in Apparatu diximus) ſecundum haſce rationes tam in finem Phraſiclidis quam in initium conijci poſſet. Sed annus hic communis eſt Petauio, & incipit III die Iulij, Iunij XXII (aut ſi τῶν ἀνάρχων ἡμέρων ratio habeatur) XVIII. finitus. Vide autem proximam Epocham, qua forte ad finem eius præturæ neceſſariò trahendum indicatur.	Archonte Athenarum
*			
4344	102 3	370	**Steſichorus Himeræus ſecundus vicit Athenis. Magalepolis in Arcadia condita eſt.** De Steſichoris vide ſupra ad annum 4228. Epochæ numerus heic cum ipſius Marmoris fragmentis aliquot amplis vti & alia pluria diſparuere. At ſi Pauſaniæ fides, ipſum qui adiectus erat numerum reuocare forſan non eſt difficile. Certè ſi noſtro cum Pauſania hîc quemadmodum in priori Epocha, conueniebat, res erit manifeſta. Ille in Arcadicis, Συνφχίδη, inquit, ἡ Μεγάλη πόλις ἐνιαυτῷ τε τοῦ αὐτοῦ καὶ μησὶ τισὶ ὀλίγοις ὕστερον, ἢ τὸ πάθισμα Λακεδαιμονίων ἐγένετο τὸ ἐν Λεύκτροις, Φρασικλέους μὲν Ἀθηναίοις ἄρχοντος δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ δευτέρας. *Condita eſt Megalepolis eodem anno quo & menſibus paucis poſtquam cladem accepere Leuctris Lacedæmonij, Phraſiclide Archonte Athenarum, ſecundo ſcilicet anno Olympiadis* CII. Vide Epocham proximè ſuperiorem. De initio Phraſiclidis anni loqui eum non opinor niſi à noſtro planè diſcedat. Nam ſi menſes illi pauxilli ab initijs eius

Anno Periodi Iuliane	Olympiad.	Ante Christū		
			putandi, tunc hæ duæ Epochæ in vnam concurrere debuissent non diuidi. Nec eosdem annorum numeros alibi omninò iterat noster præterquam semel idque sub tempus mythicum. Sed quæ ad eundem spectant numerum, sub eodem simùl collocare solet. Cæterùm annum hic ad Iuliani formulam intelligi opinor à Pausania quæ, eo scribente, passim in vsu; neque aliter quam si dixisset eodem anno Iuliano, à calendis scilicet Ianuarijs putato, quo prælium contigit Leuctricum Archonte nempe Phrasiclide, seu Olympiadis CII secundo, & paucis, post ipsum prælium, mensibus, conditam esse Megalepolin; id est, in annis Olympiadicis, anno post Phrasiclidem, proximo, seu Olympiadis tertio. Si ita intelligatur tunc ad finem Phrasiclidis non ad initia eius spectat ipsum prælium in nostri Epocha; si nempe rectè Plutarchus sub Solistitium æstiuum id collocarit. Sic numerus in Marmore erat HIII, CVI. Sed tam Megalepolis conditum quam Pugnam Leuctricam sub Phrasiclidis anno ponit Scaliger in Olympiadum ἀναγραφῇ. Vide Petauium de Doctrina Temporum lib. X. cap. XXXI.	*Arc honte Ath enarum.*
4346	103 I	368	**Dionysius Siciliæ tyrannus moritur. Dionysius filius succedit.** De anno hoc, cum alijs nostro conuenit. Exactè ita Eusebius; qui Olympiade CIII collocat Dionysij iunioris initia. Sed si rectè rationes nostri tenemus, plures aliquot anni Dionysio patri, quàm vulgo assignantur, tribuendi. Certissimum est malè tam in Græcis quam Latinis Eusebij octodecim duntaxat notari, quod ex ipso Eusebio, cui Dionysius tyrannidem inuasit sub Olympiade XCIII, satis arguitur. Triginta octo habet Helladius in Chrestomathia. Id rationibus, ex Dionysij initijs apud Eusebium sumtis proximat & à Chronologis magnis recipitur. Sed nostro sunt XLIII. Vide supra ad annum Periodi 4303. & Scaligerum ad Eusebianum numerum MDCXLIX Quæ in in lacuna huius Epochæ superstunt vestigia Alexandri nomen satis indicant. Sed nisi Alexandri Amyntæ F. Macedonum Regis mors & Ptolemæi Aloritæ successoris initia fuerint notata, nec ariolari possum quid sibi velint.	*Nausigene*

Anno Periodi Iuliana	Olympiad.	Ante Christū.		Archonte Athenarum
			velint. Spatium fragmenti quod euanuit non dissentit. Sed prochronismus est apud Eusebium quinquennij; apud quem Macedonum Regum etiam satis turbata sunt tempora. Sed vide Scaligeri Canonum lib. III. pag. 335.	
4348	103 3	366	Phocenses Delphis. . . . . Nausigenem excepit Polyzelus Archon, quem Cephisodorus, fastorum consensu. Sed quid de Phocensibus & Delphis annotatum fuerit, ne conjectari quidem possum. Græca habent φωκεῖς τὸ ἐν Δέλφοις . . . . . Certê octennio pòst, Archonte Agathocle, οἱ φωκεῖς καταλαμβάνουσι τὸ ἐν Δέλφοις ἱερὸν *diripiunt Templum Delphicum* quod docent & Pausanias in Phocicis, & Olympiadis CV anni quarti ἀναγραφή. Sed Cephisodori annus in fastis ei quem adjecimus respondet.	Cephisodoro.
. . . .	. . . . .		Timotheus, nonagenarius moritur. Timotheum Milesium intellige. De eo vide phephisma apud Boetium lib. I. de Musica, & quæ obiter de eo diximus vbi de Nomis suprà eginus.	. . . .
. . . .	. . . .		Philippi Macedonis Amyntæ F. Alexandri M. patris, initium. Obitus Artaxerxis Mnemonis Persarum Regis. Initia Ochi Artaxerxis filij. Vide Scaligerum ad numerum Eusebianum MDCLII de Mnemone. Vide eum item lib. V. de Emendatione pag. 388. & in Canonum tertio. Adi item Petauium de Doctrina Temporum lib. X. cap. XXIX. Atqui Ochi initia & quæ cetera hic annotantur (si rectè in notis Historicis conjectauimus) cis annum Periodi 4348. loca habuisse hinc liquet.	. . . .
4357	105 4	357	. . . . . vicit.	Agathocle.
4359	106 2	355	. . . . .	Callistrato.
. . . .	. . . .	. . . .	. . . . .	. . . .
4. . . .	. . . .	. . . .	. . . . .	. . . .

Ad *Smyrnæorum* Decreta & Fœdus ab eis & *Magnetibus* percuſſum,

Seu ad Arundellianorum Marmorum II.

TAm de Smyrnæorum & Magnetum Fœdere ad Seleuci Callinici (qui Antiochus etiam dictus eſt, Euſebio teſte; & Pogon, vti habet Polybius libro II.) Aſiæ propriè ita dictæ & Syriæ Regis maieſtatem tutiùs conſeruandam inito, quàm de præuio atque illo quod ſubſequitur Decreto, altum eſt apud ſcriptores ſilentium. Res item ſub eo geſtæ ieiunè nimis & perfunctoriè traduntur. Ceterùm occaſionem vnde conſilium, quo tum in paciſcendo tum in decernendo vſi ſunt, ortum eſt, haud difficile forſan fuerit elicere. Nam binæ Regis in Seleucidem (Syriæ regionem maritimam) expeditiones in Decreto præuio memorantur. Etenim ὑπερβάλλειν εἰς τὴν Σελευκίδα, bis in eodem Decreto vſurpato *Expeditionem facere in Seleucidem* fidenter vertimus, licet fateamur interim τὸ ὑπερβάλλειν ea notione, pro ἐμβάλλειν ſcilicet, vix reperiri. Sed reperiri tamen non dubito. Diodorus Siculus non diuerſo ſenſu ὑπερβάλλειν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν dixit. ἀπὸ τῶν ἀρχαίων (inquit libro I.) χρόνων ἄχρι Πτολεμαίου τοῦ φιλαδέλφου προσαγορευθέντος, οὐχ ὅπως, πολὺς τῶν Ελλήνων ὑπερέβαλλον εἰς Αἰθιοπίαν, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῶν ὅρων τῆς Αἰγύπτου προπορεύεσθαι· ὅπως ἅξενα πάντα λίαν τὰ περὶ τοὺς τόπους τούτους καὶ παντελῶς ἐπισφαλῆ. Τοῦ δὲ προειρημένου βασιλέως μετ' ἐλλιμενικῆς δυνάμεως εἰς Αἰθιοπίαν πρῶτος στρατεύσαντος, ἐπιγνῶναι τὰ, κατ' ἐκεῖνο χώραν παντελῶς ἀκριβέστερον ἀπὸ τούτων τῶν χρόνων. Eâdem hîc notione ὑπερβάλλειν vſus eſt qua περαιοῦσθαι & στρατεύειν quæ non aliud ſignificare voluit. Neque enim de priuatorum peregrinationibus locutum eſſe, ſed de Imperatorum expeditionibus (vtcunque ſe aliter habet viri docti latina interpretatio) mihi perſuaſiſſimum eſt. Quin res ipſa (pericula ſcilicet Smyrnæorum vrbi agriſque circumiacentibus imminentia, quæ in Decreto memorantur) non modò verſioni huiuſmodi fauet, ſed nec aliam admitti debere ſuadet, quàm eiuſmodi in qua eductas à Rege copias intelligamus. Expeditionum verò harum Secunda occaſionem Decretis Fœderique præbuit. Atque ea, puto, erat qua bellum Ptolemæo Euergeti Ægypti Regi non magis felicitèr intulit Seleucus quam ciuitatibus,

quæ

quæ defecerant, primò intulerat. Vtranque ex Iuſtino ſeu Trogi Epitomes libro XXVII. potiſſimùm diſcimus. A parricidio auſpicia regni cœperat Seleucus, Berenice nouercâ ſuâ, Ptolemæi Philadelphi filiâ & Euergetis Sorore, & paruulo fratri ex ea ſuſcepto, trucidatis. Daphne ſe clauſerat illa vt cædem, quâ dolo circumuenta paulo pòſt erepta eſt, vitaret. Ibi obſidione cingebatur. In ſororis auxilium aduolans Euergetes ad Babylonem vſque (quod ſcribit Appianus) aſcendit; cui etiam Aſiæ ciuitates quamplures, & perpetrati ſcęleris odio ductæ & crudelitatis exemplo territæ, ſe tradunt. Aduerſus has, Euergete domeſticà ſeditione reuocato, Seleucus ingentem claſſem comparat. Sed *repente veluti dijs ipſis* (quæ verba ſunt Iuſtini) *parricidium vindicantibus, orta tempeſtate claſſem naufragio amittit. Nec quicquam illi ex tanto apparatu præter nudum corpus & ſpiritum, & paucos naufragij comites reſiduos fecit. Miſera quidem res ſed optanda Seleuco fuit. Siquidem ciuitates, quæ odio eius ad Ptolemæum tranſierant, veluti dijs arbitris ſatisfactum fuiſſet, repentina animorum mutatione in naufragij miſericordiam verſæ Imperio ſe eius reſtituunt.* Atque hæc prima, ni fallor, eſt Expeditio cuius heic mentio. Secunda ſequitur in eiuſdem verbis. *Lætus igitur malis ſuis & damnis ditior redditus, veluti par viribus, bellum Ptolemæo infert; ſed quaſi ad ludibrium tantùm fortunæ natus eſſet, nec propter aliud opes regni recepiſſet quàm vt amitteret, victus prælio non multò quam poſt naufragium comitatior trepidus Antiochiam confugit.* Neque verò coniecturæ fidem adeò minuit quod nulla Iuſtino Seleucidis heic mentio ſit. Etenim claſſe vſum eſſe Seleucum tam in Secunda quam Prima Expeditione neceſſum eſt vt credamus. Nec fieri potuit vt alitèr Ptolemæum laceſſeret, niſi per Iudæam aut Arabiam, immenſis itineribus, in Ægyptum permeaſſet, quod nemo ſanus autumet. Soluiſſe autem claſſem in vtraque, ex portuoſo Seleucidis litore, quod regni clauis erat, ſuadet opportunitas loci qui tum in ciuitates quæ defecerant tum in Ægyptium copias commodiſſimè emittebat. Nec antequam ſe reſtituerant Ciuitates, aliunde emittere tutò potuiſſe Seleucum veriſimillimũ eſt. Id igitur quod in Decreto primo eſt ὑπερβάλλειν εἰς τὴν Σελευκίδα intelligimus, pro eo quod eſt *copijs militaribus tam ad nauale quam terreſtre bellum inſtructis in Seleucidis littora tranſire.* quod ita bis ſub initijs regni ſui Seleucum feciſſe exiſtimandum eſt. In ciuitatibus autem Aſiæ quæ fidæ ei ſemper remanſerant, Smyrna fuit; vrbs vtpote, quæ etiam, Romanis poſteà ſummâ rerum potitis, conſtantiſſima fuit, eoque nomine ante alias omnes liberas Aſiæ ciuitates clariſſima (quod memoratur in excerptis Polybij legationibus XXV & XXXVI) & διαφορον ἡ Ἑλλάδος, Ἀσίας κόσμος & φρόνημα, Ioniæ στέφανος, & γῆς ἄγαλμα Ariſtidi, & καλλίστη τῶν Ἰωνικῶν πολέων Luciano in Imaginibus dicta. In ijs verò ciuitatibus quæ maieſtatem Regis comitèr conſeruare deſierant, & cum Smyrnæis, vicinis nempe, bellum geſſerant, Magneſia erat; quod ex ipſis Decretis & Fœdere ſatis manifeſtò ediſcitur. Poſt ſecundam igitur Seleuci expeditionem clademq; Secutam, Smyrnæorum

orum (qui à Seleucide quamuis longè diſſiti, Regijs tamen malis nimimùm implicati erant) Duces, quibus nimirùm belli paciſque ius à populo permiſſum eſt, cum Magnetibus legatione egerunt, vt eorum amicitiâ, tum ciuium libertati tum maieſtati Regiæ prouidè conſuleretur. Aſſentit Populus Magneſius, miſſis etiam legatis ad Smyrnenſem populum qui totius rei fundus factus eſt. Sed ciuilitèr & prudentèr quicquid de alterutra Expeditione vltra dici potuit, tam in Decretis quam in Fœdere, omiſſum eſt, ne expreſſiori, ſiue inuidioſæ regij apparatus cauſæ, ſiue infelicis exitus, memoriâ, aut defectionem Ciuitatibus aut parricidium Regi obliquè exprobrari videretur. Populus autem vterque æquè liber erat ante Fœdus initum, vti etiam populus Palæmagneſius in Decreto, quod Fœdus ſequitur, memoratus. Eo ſcilicet modo liberos fuiſſe ſentio quo populi, qui, cum ſui Iuris ſint, ſuperioris nihilominùs maieſtatem comitèr conſeruare tenentur ad mentem Proculi L. 7. D. de Captiuis & Poſtliminio. Neque alitèr τὰ πράγματα τῇ Συρίᾳ διαπρῆν & ἀπολέσθαι τῶν πραγμάτων heic intelligo quam πλὼ ἀρχλὼ καὶ δωασθαι πρῆν, quo loquendi genere vtitur Polybius alijque Græci pro eo quod eſt *Imperium & Maieſtatem conſeruare, aut comitèr conſeruare*. De Phraſcos illius vi, Politici & Iuriſconſulti obitèr. Ipſâ verò Fœderis, quod ex eorum genere eſt quæ inæqualia ſunt, formulâ plurimùm minuitur Magnetum libertas. Et quod ſpecie Fœdus eſt, reuerà eis precaria erat ſeruitus.

Pag. 22. στρατῶν γνώμη.] Etiam Pſephiſma Athenienſium de Legatis ad Philippum Regem mittendis qui de Pactis ſeruandis cum eo agerent, archonte Heropytho, apud Demoſthenem oratione de Corona, ἐκ Συλλῆς καὶ στρατῶν γνώμη factum eſt; vti illud quod ibi ſequitur πολεμάρχου γνώμη, *Polemarchi* ſeu *Magiſtratus qui bello præerat conſilio*. Erant autem στρατηγοὶ, ſeu Duces, quos & Prætores recte dicas, atque etiam Polemarchi (huius nominis vnicus erat apud Athenienſes, Magiſtratus ordinarius; illius; decem) in Græcis plerunque rebuſpublicis, viri ſummâ fide & prudentiâ, quibus ciuitatis Præſidium Cuſtodiaque, atque rei militaris adminiſtratio tam pacis quam belli temporibus, veluti fermè dictatoribus, mandabatur. Diſertè de huiuſmodi magiſtratibus locutus Ariſtoteles, Politicorum VI capite VIII, κάλουσι δ' inquit, στρατηγοὺς καὶ πολεμάρχους τοὺς τοιούτους, *id Genus Magiſtratus vocant Polemarchos & Strategos*. De Strategis item, apud Athenienſes atque eorum in legationibus ordinandis (quæ res ad Marmor noſtrum ſpectat) munere, conſulas Pſephiſma in Legatos aliquot, in quibus Antiphon Rhetor erat; quod habetur apud Plutarchum in Antiphontis vita. Sed vide Sigouium de Republica Athenienſium lib. IV. cap. V.

Pag. 22. Θεὸν Ἀντίοχον καὶ θεὰν Στρατονίκην ἱδρυθαι παρ' ἡμῖν] Antiochum Antiochi Soteris filium, Callinici patrem, *Theon*, ſeu Deum dictum paſsim apud veteres legimus. Cognomen primò ſortitus eſt (ſic Appianus in Syriacis) apud Mileſios cò quod Timarchi tyrannide eos liberâſſet. Sed Stratonicē alibi Deam nuncupatam minimè comperio. Sed nec huius, aut illius apotheoſeos veſtigium vllum; quæ tamen per ἱδρυθαι heic innui

nui videtur. Illud autem *conſecrari* vertimus & intelligimus pro eo quod eſt fanis, delubris, ſeu ναοῖς aut ſtatuis, ritu ſacro poſitis, in Deorum album referri. Non diſſimili forte ritu, ab eo quo Nicator relatus eſt ab Antiocho Sotere filio (de qua re Appianus) aut à Smyrnæis Homerus poeta, de cuius apotheoſi Strabo lib. XII. & Cicero Oratione pro Archia. Idem honos habitus eſt ab Athenienſibus Lemni incolis, Seleuco Nicatori & Antiocho Soteri, proauo ſcilicet & auo Seleuci noſtri, quod ſcribit Phylarchus apud Athenæum libro VI. De Stratonica autem hac, quæ Seleuci Nicatoris patris indulgentiſſimi vxor Antiocho Soteri filio, Callinici auo, qui eam efflictim deperibat, conceſſa eſt, & de Eraſiſtrati archiatrorum principis, in amore illo tum indagando tum promouendo ſagacitate, viſendi ſunt Plutarchus in Demetrio, Lucianus de Dea Syria, Euſebius in Chronico Græcè edito, Appianus, Suidas in Seleuco, Valerius Maximus lib. V. cap. VII. Eraſiſtrati etiam artificium iſtud tangit Galenus in περὶ τῆς φλεγμαίνοντος.

Pag. 23. Τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη.] Ἔθνη, ſeu Gentes, pro ſingularium Prouinciarum incolis, ſeu Prouincialibus eodem iure vtentibus, heic ſumitur; non pro integris populorum nationibus. Neque enim ſolummodò Regibus & Principibus qui vicinis populis præerant, ſed etiam vrbibus & ſingulis prouincijs hanc gratiam ſuam de Aſyli iure erga Smyrnæos, meritò indicari voluit Seleucus. Omnium enim illorum interfuiſſe eam ſcire nemo non videt. Eodem ipſiſſimo ſenſu τὰ ἔθνη ſæpiùs habetur apud Marcianum Heracleotem iuniorem illum (non τῆς περιηγήσεως autorem) in Periplo; quem libentiùs heic laudo ideò quod & vrbes clariores, & τὰ ἔθνη, ſeu Gentes, hac notione ſumtas, quæ Inſulæ maiores Britannicæ ſeculis habuerint vetuſtioribus, accuratiùs enumerat cum fluuijs, promontorijs & inſulis, idque quod ſciam, ſolus; ſed à rerum Noſtratium Conſarcinatoribus nimiùm neglectus. De Hibernia ἔχει, inquit, ἔθνη ις'. πόλεις ἐπισήμους ιε' ἀκρωτήρια ἐπίσημα πέντε, νήσους ἐπισήμους ἑξ, *habet Gentes* ſeu *Prouincias* XVI, *vrbes inſignes* XV *Promontoria inſignia* V, *Inſulas inſignes* VI. Et de Albione, quam nunc magnam Britanniam appellant, ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ, ait, ἔθνη λγ' πόλεις ἐπισήμους νθ' ποταμοὺς ἐπισήμους μ' ἀκρωτήρια ἐπίσημα δ' χερσόνησον ἐπίσημον ἕνα, κόλπους ἐπισήμους ε' λιμένας ἐπισήμους γ', *Continet in ſe Gentes*, ſeu *Prouincias* XXXIII, *vrbes inſignes* LIX, *fluuios inſignes* XL, *Promontoria inſignia* IV, *peninſulam inſignem vnam ſinus inſignes* V, *Portus inſignes* III. Ptolemæo recentior eſt hic Marcianus. Nam eum citat. Sed verò cum hiſce numeris compara Ptolemæi Chorographiam Britanniarum.

Ἱερὸν τῆς Στρατονίκης Ἀφροδίτης.] Aphrodite ſeu Venus Stratonicis, præterquam Tacito, veterum nemini memoratur. Dictum autem à Stratonice puto, non aliter atque Æneis ab Ænea appellata eſt Venus cui extruxerunt Troiani Italiam petentes fana bina. Propè Leucadem alterum; alterum apud Actium; quod memorat Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. I. Nam rariſſima ſunt exempla quæ Deos Deaſue à perſonis aliis quàm maioribus ſuis denominatos exhibent, licèt quæ à locis,

ſint

ſint paſsim obuia. Et ſatis obuij ſunt etiam noui Dij, ex adulatione ſpurciſſima nati, qui priſcis cognomines, vt Pythonice Venus, Themaſo Hercules, Iulia Iuno & quæ ſunt eiuſmodi. Videſis Caſauboni Animaduerſ. in Athenæum lib. VI. cap. XIV. Huius autem generis ſi hæc noſtra fuiſſet, Stratonice Venus, non Sratonicis, quæ tantum denominatiuum eſt, dicta fuiſſet. Neque aliam opinor fuiſſe hanc Venerem quàm ipſiſſimam Deam Syriam, Aſſyriam ſeu Hieropolitanam, quam à Stratonice longè ante alia numina cultam ſatis oſtendit Lucianus vbi illam per inſomnium, dum adhuc Nicatori cohabitaret, monitam, Hierapolim ſe contuliſſe narrat, templum Deæ inſtaurâſſe & per triennium operi aſſiduè, cum Combabo itineris comite, incubuiſſe. Smyrnæi autem, vt ſiue Stratonicen ipſam ſiue maritos, ſiue filium, ſiue nepotem, ſiue hoſce omnes ſimul demererentur, templo etiam eidem Deæ ſacrato, à Stratonice eam non immeritò denominabant; obtenſo forſan intercà (quod in rebus huiuſmodi fieri ſolitum) oraculi imperio vti etiam Romæ trecentis aut circitèr annis poſteà obtendebant, quod ex Tacito mox oſtenditur. Neque omninò obſtat quod apud Lucianum non Aphrodite ſed Ἥρη & Ἥρη Ασσυρίη ſeu Aſſyria Iuno numen Hieropolitanum indigitetur. Nam, vt prætermittam notiſſimam illam Numinum apud Gentium Theologos confuſionem, qua eis quæ vnius ſaltem ſexus ſunt, vnitas etiam diuinitatis plerunque tribuitur; Hierapolitana Dea non minùs Aphrodite quam Iuno nominanda erat, imò potius ſanè Aphrodite, quod etiam benè norunt Smyrnæi indigitamentum eius ad amuſſim proculdubiò ab hierophantis anteà edocti quàm nomen ſacratum evulgarent. Vtut enim Iunonis Græcorum ſpeciem præ ſe maximè ferebat, aliarúmque quamplurium Dearum quidpiam habebat; ceſto etiam ſeu adumbrandi amoris illecebras tunicâ (nam tunica ceſtus erat, non cingulum; quod optimè docet Nicolaus Rigaltius in Notis ad Onoſandrum) induta ſedebat. Indumentum autem illud proprium erat (quod ait etiam ipſe Lucianus) duntaxàt Vraniæ quæ ipſiſſima Aphrodite ſeu Venus eſt. Κεστὸν, inquit, ἔχει τῷ μέσῳ τῶν Οὐρανίων κοσμίων. Atque diſertè Plutarchus Hieropolitanam, tam Aphroditem quam Iunonem, ſeu Ἥρῳ dictum ſcribit in vita Craſſi. Quin Ptolemæus Deam Orientalibus quibuſcunque nominibus vocitatam, Aphroditem fuiſſe ait in ſecundo Tetrabibli. Hoc autem nomen atque eiuſmodi alia Græcorum vocabula Aſſyrijs planè peregrina erant. Ijs verò Vraniam hanc Μύλιττα, ſeu Μύλιττα dictam eſſe teſtes ſunt Herodotus in Clio & Heſychius. Μύλιττα autem Γενέτειραν, ſeu Genetricem denotat Syris, vt Ἄλιττα pro eodem numine Arabibus etiam, apud Herodotum loco citato, vſurpatum. Ita omnia in Venerem conueniunt. Sed de Orientalium Venere, nos plura, in ſecundo Syntagmate de Dijs Syris.

Pag. 23. Ἄσυλον ἔινας.] Ius igitur Aſyli, quo fruebatur Veneris Stratonicidis fanum, magis Callinici Regis beneficium erat quam ex oraculo Apollinis natum. Hoc tamen ſolummodò vt iuris ſui argumento vſi ſunt Romæ, ſub Tiberio Imperatore, Smyrnæorum Legati in certamine illo de Græcarum vrbium Aſylis. Nam vbi, ex Decreto Se-

Senatus, ciuitatum quæ in eo certamine & iura ſua & Legatos miſerant, aliæ Regum qui, ante vim Romanam, valuerant, ſancita, ad Aſyla ſua firmanda, ediderunt, aliæ autem, quod ſcribit Tacitus Annalium tertio, obſcuris duntaxàt ob vetuſtatem initijs nitebantur; in his Smyrnæos ponit, vtpote qui *oraculum Apollinis cuius Imperio Stratonicidi Veneri Templum dicauerant* (quæ eius verba ſunt) prætexuere. Obſcura ſcilicet numinis iuſſa magis quam expreſiſſima hominum ſancita, periclitanti cauſæ patrocinari ſatis imprudentèr exiſtimabant. Sed cautiùs poſteà egit Polemon Sophiſta iuris peritiſſimus. Nam renaſcente, ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ Σμύρνῃ ναῶν καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς δικαίων ſeu *de fanis Smyrnæorum* (quorum is Syndicus erat) *fanorumque iuribus controuerſiâ*; orationi illius poſthumæ in iudicio ſolum lectæ tanta argumentorum vis inerat, vt ſecundum Smyrnæos deceneret Imperator Antoninus, vti ſcribit in Polemonis vita Philoſtratus. Vix dubitare poſſum quin Aſyli huius iura in iudicium tunc reuocata fuerint & regia ſancita (quorum in hoc Decreto mentio eſt) præ futili ſuperſtitione ſub Tiberio neglecta, in legitimas probationes à ſophiſta ritè adhiberentur.

Pag. 23. Καὶ τὴμ πόλιν ἡμῶν ἱερὰν καὶ ἄσυλον] Ita non ſolùm Fanum ſed & Vrbs tota & Deæ ſanctitatis particeps & confugij locus erat. E Fano ſcilicet nemo in ius erat vocandus, nedum rapiendus; ex Vrbe, nemo qui vicinis damnum iniuriamue intulerat, in deditionem repetendus. Sic ἀσυλίας ius in vtroque intelligo. Templa autem aliquot Aſyla, Lucos item, Aras, Statuas, apud veteres non rarò habemus. Sed vrbem totam aſyli iure potitam eſſe, alibi quam apud Iudæos (quibus in hac re caſus erat tantum ſingularis, fortuiti ſcilicet homicidij) rariſſimum eſt in ſcriptis veterum. Sed in Titi numiſmatis habetur ΠΑΡΑΙΤΩΝΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ; & in Domitiani ΑΔΜΕΔΕΡΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. Thapſaccnorum Ciuitati idem tribuitur in Traiani; Gabalitarum in Elagabali nummis. Et alia ſunt ciuſmodi. Nonnullis verò ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ reperitur. Ita dicitur Cæſarea in Septimij Getæ nummis. Ita aliæ aliquot. Etiam Senatus Smyrnenſis in Auguſti aliquot ἱερὰ σύγκλητος καὶ ἐλεύθερα vocatur. Sed de Perſicæ Hierocæſarienſium Dianæ Templo & duobus milibus paſſuum tributa inuiolabilis perfugij ſanctitate, vide Tacitum annalium tertio. Quin incolas totius inſulæ quæ ſparſis circa Britanniam & olìm deſertis proximabat, ἱερὰς πάντας καὶ ἀσύλους à Britannis habitos ait Demetrius perluſtratũ ſub Hadriano Imperatore miſſus, apud Plutarchum libro de Defectu oraculorum. Et, vti Proclus locum Plutarchi intelligit in primo libro ad Platonis Timæum, inſula ipſa cum fuerit ſacra, erat διὰ τοῦτο ἄσυλος καὶ ἀνεμέμπτου τοῦ τῶν κρατούντων *ideo etiam à principibus, vt aſylum habitum.* Samothracia item inſula, *Sacra erat & auguſti tota atque inuiolati Soli*, quod legimus apud Liuium Decad. V. lib. V. Vnde erat, quod Perſeus vltimus Macedoniæ Rex, à Paulo Æmilio victus, inuiolatus extitit, vti etiam Plutarchus memorat in Æmilio. Ceterum licentia, quæ in prætexendo per vrbes Græcas (in quibus

Smyrna) Asyli iure nimiùm crebuerat, sub Tiberio Senatusconsultis coercita est, & modus præscriptus. *Facta*, inquit Tacitus, *Senatus consulta, quîs multo cum honore, modus tamen præscribebatur; iussique ipsis in templis facere aras sacrandam ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur.* Modus personarum qualitati, locorum spatio, tempori fortè datus. Ita Asylorum iura per has Ciuitates tantum innouata erant, minimè autem omnia quæ vsquam erant abolita, quod satis inconsideratè (vt rectè notat Lipsius) Suetonio elapsum est in Tiberio cap. XXXVII. Et frustrà nimis facit Petrus Gambacurta qui Taciti verba Suetonio non aduersari contendit. Videsis eum de Immunitate Ecclesiarum lib. I. cap. XVII. Gentium autem Fana, seu templa, nonnulla tantum asyla fuere; vnde Liuius libro XXXV. fanum lucúmque Apollinis Delij ea dicit fuisse religione & eo iure sanctum, quo sunt templa quæ asyla Græci vocant. Videsis Strabonem de Neptuni Asylo in Calauria lib. VIII. Templum item Meccanum, in Alcorano, Asylum est; quod legitur Azoara I. Sed Christianorum in vniuersum omnia, post adultum fere Christianissimum, templa confugis salutem præstabant. Et maiestatis crimen erat eos abducere, etiam verberibus, tonsurâ, & deportatione luendum. Vide Titulos de His qui ad Ecclesias confugiunt in vtroque Codice, & de Crimine sacrilegij in Iustinianeo; sanctionem item Theodosij & Valentiniani Concilio Ephesino subiunctam. Consule etiam Petri Ærodij Rerum Iudicatarum lib. I. tit. IX. Atqui præter iuris tum Ciuilis tum Sacri vtriusque Imperij commentarios & varios singularium Gentium mores quibus & firmatum sæpiùs est & mutatum Asylorum in Ecclesijs ius, consulenda est Constitutio nupera Gregorij XIV. Pontificis Romani qua modus etiam huic iuri præscriptus est. Reperitur apud Laertium Cherubinum in Bullarij tomo II. pag. 694. Quin ea editis Prosperi Farinacij & Petri Gambacurtæ interpretamentis illustratur. Vide item Petri Sarpi de Iura Asylorum librum singularem. Nec verò omninò ingratum forsàn fuerit si de singulari Asyli iure, quo etiam in vniuersis suis ædibus gaudebat olim tam Templariorum, dum stetere, sodalitium, quam Hospitalariorum, decisionem Anglicanam, eamque non contemnendam, ex vetusto rerum Hospitalariorum Codice Ms. heic obiter adiecero. Maximè cum in Commentarijs iuris nostri vix reperiatur id genus decisionum vestigium aliquod; sed decisio eiusmodi integra omninò nullibi. Anno Henrici quarti Angliæ Regis decimo, qui vulgaris est Christi 1446, mense Iulio, sedentibus pro tribunali Wintoniæ Guilielmo Hankeford & Guilielmo Skrene, iudicibus nempè ad reos, iuxta patrium ritum, custodiâ liberandos diplomate principali constitutis, accusatus est furti Iohannes Gore, qui se minimè iudicio sistendum esse excipit, sed planè eximendum eò scilicet quod à domo quadam vi abreptus fuisset, quæ Hospitalariorum vtpote possessio, iure Asyli potiebatur vti & eorundem ceteræ; Siue *quod ipse* (vt ipsissimâ iuris nostri formulâ, vtcunque barbarâ, vtar) *pro felonia prædicta fugit ad quandam domum Prioris & fratrum Hospitalis*

S.

S. Iohannis Ieruſalem in Anglia in **Burghton** *vocatam* **Spittlehouſe** *quæ quidem domus priuilegiata exiſtit, ſicut ceteræ domus einſdem priuilegiatæ exiſtunt, petendo in eadem domo priuilegium hoſpitalis prædicti. Et dicit quod ipſe ab eadem domo per Conſtabularios villæ prædictæ & alios æmulos ſuos manu forti contra voluntatem ſuam extractus fuit, & petit quod ipſe ad domum prædictam reſtituatur.* Adeſt etiam Hoſpitalariorum Procurator qui domum eam fuiſſe aſſerit olim Templariorum, & Priuilegia Templarijs ab Innocentio ...., Hoſpitalarijs ab Vrbano III, indulta exhibet, *ne quis in illos, qui ad domos eorundem fratrum pro ſalute ſua confugiunt vel in res eorum infra ambitum domorum ipſarum, manus iniyciat violentas.* Ijs, qui contra fecerint, anathemate feriendos, appellatione omni ceſſante. Quin priuilegio eodem perpetuò à tempore primæ conceſſionis, tum Templarios tum Hoſpitalarios (ad quos etiam, extincto ſub Clemente V, Pontifice Romano, Templariorum ſodalitio, pleraque eorum bona, principium conſenſu, applicata ſunt) ita vſos eſſe, vt ſi quis criminis cuiuſcunque, *Felonia* dicti, reus ad eorum domum quamcunque confugeret non minus inuiolatam ibi pacem fortiretur, quàm ſi ad ſanctam Eccleſiam confugiſſet. Clementis Bulla de applicandis Templariorum bonis habetur in Laertij Cherubini Bullario, tomo I, pag. 149. Vt autem de veritate, ad ritum partium, conſtaret, euocant è vicinia indices duodecem viros qui, iuramentis præſtitis, de priuilegij vſu pronunciarent. *Hi dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod prædicta domus vocata* **Spittlehouſe**, *nuper fuit in poſſeſſione Prædictorum religioſorum virorum fratrum Militiæ Templi & modo in poſſeſſione prædictorum nunc Prioris & Fratrum prædicti Hoſpitalis S. Iohannis Ieruſalem in Anglia exiſtit. Et quod prædictus Iohannes* **Goze** *fugit vſque eandem vocatam* **Spittlehouſe** *pro Felonia prædicta & petijt ibidem priuilegium prædicti Hoſpitalis S. Iohannis Ieruſalem in Anglia & in eadem domo extitit quouſque ab eadem domo contra voluntatem ſuam per quoſdam æmulos ſuos manu forti extractus fuit prout idem Iohannes* **Goze** *ſuperius allegauit. Et vlterius dicunt ſuper Sacramentum ſnum quod tam prædicti nnnc Prior & Fratres Hoſpitalis prædicti necnon omnes prædeceſſores ſui Priores & Fratres Hoſpitalis illius temporibus ſuis huiuſmodi priuilegium à tempore conceſſionis eiuſdem habuerunt & ſemper hucuſque continuarunt, videlicet quod quilibet homo ſine femina ad aliquam domum tam prædictorum fratrum Militiæ Templi tempore ſuo quam prædictorum nunc Prioris & fratrum Hoſpitalis prædicti ac prædeceſſorum ſuorum Priorum & Fratrum Hoſpitalis illius temporibus ſuis pro aliqua Felonia, pro ſalute ſua fugiens habuit in eadem domo ad quam fio fugit & in qualibet domo domorum prædictarum haberet huiuſmodi priuilegium & libertatem prout in Sacroſancta Eccleſia tunc temporis pro eodem delicto exiſteret; prout Willielmus de* **Wakefield** (is Hoſpitalariorum Procurator fuit) *pro prædictis Priore & Fratribus Hoſpitalis prædicti ſuperiùs allegauit. Et vlterius dicunt quod licet aliquis pro ſalute ſua*

ad

ad aliquam domum domorum prædictarum pro aliqua felonia in forma prædicta fugiens ab eadem domo extractus fuisset, ipse semper occasione priuilegii prædicti ad huiusmodi domum a toto tempore prædicto restitutus fuit. De restitutione dubitant Iudices, vnde causa ampliata est etiam in æstiuam anni proximi sessionem. Quâ, postquam intereà à procuratoribus regijs priuilegium impugnatum est, & alterutrinque disceptatum, & res, à ceteris etiam qui iudicijs præerant, maturè est perpensa, secundum reum, Asyli nomine, fertur Sententia. Neq; hæc sane indigna quæ, formulâ forensi, interseratur. *Auditis & plenius intellectis tam Recordo prædicto quam diuersis & non modicis legis peritorum rationibus pro Domino Rege in hac parte factis ac habito prius inde auisamento tam Iustitiariorum Domini Regis in vtroque Banco, quam seruientium Domini Regis ad legem, necnon aliorum peritorum de eiusdem Domini Regis consilio per Præfatos Willielmum* **Yankeford**, *& Willielmum* **Skrene**, *pro iure Domini Regis in hac parte saluando ad hoc requisitorum, videtur Iustitiariis hic quod prædictus nunc Prior & Fratres Hospitalis prædicti huiusmodi priuilegium, prout ex parte sua in forma prædicta allegatum extitit, habere debeant. Ideo consideratum est quod prædictus Iohannes* **Goze**, *ad prædictam domum prædicti Prioris Sancti Iohannis Ierusalem in Anglia vocatam* **Spittlehouse** *in* **Burghton**, *ad quam idem Iohannes* **Goze** *pro felonia prædicta fugit petendo ibidem priuilegium Hospitalis prædicti & extra quam idem Iohannes* **Goze** *postmodum per Constabularios Villæ prædictæ & alios emulos suos manu forti contra voluntatem suam in forma psædictæ extractus fuit, restituatur. Et Restituitur per Vicecomitem Comitatus prædicti.* Accusationis, Exceptionis, Ampliationis, & Sententiæ formulam integram olim exscripsimus ex vetusto, quem diximus, Codice qui locupletissimus est rerum ad Hospitalarios spectantium Thesaurus. Sed sub Henrico, Angliæ Rege, VIII, legibus in ordinum Comitijs latis antiquata sunt huiusmodi Asylorum iura; & plane apud nos euanuere.


Pag. 24. Ἀγαθῇ τύχῃ δίδοχθαι] benè ominandi causâ ἀγαθῇ τύχῃ & sermocinationibus Græcorum adhiberi & inscriptionibus præfigi solitum esse notissimum est. Haud aliâ notione quam *quod bonum felix faustumque sit, fors fuat* & quæ sunt eiusmodi Romanis in vsu erant. In vtroque Decreto heic reperitur & ad extremum Fœderis. Sed non ita multa sunt exempla huiusmodi, in Decretis aut Fœderibus, vsus. Vide Annuas Atheniensium & Lacedæmoniorum inducias apud Thucydidem lib. IV. Ex τύχῃ ἀγαθῇ τῇ τῶν Ἀθηναίων pactæ sunt. Laconum item Decretum, non dissimili auspicio fit, de Epictetæ Grinni filiæ legato, apud Ianum Gruterum in Inscriptionibus pag. 217. Etiam pro eo quod est Romanis *quod felix faustumque sit* expressè substituunt Græci Ἀγαθῇ τύχῃ vti habetur apud Appianum lib. IV. de bello Ciuili. Id καλῶς ἤκουτο est Hellenistis Maccubæorum primo cap. VIII. 23. Et Donatus ad Terentij Hecyram *fors fuat* vsurpari ait, pro *bona fortuna sit* vnde etiam nos, *cum bona fortuna*, verbum verbo reddentes heic vertimus.

Pro

Pro eodem præfigebant etiam edictis Romani *Bonum factum*, quod videre eſt (vt teſtimonia id genus cetera, quæ ſatis obuia ſunt, prætermittam) in reciproco illo mathematicorum edicto de Vitellij nece apud Suetonium cap. XIV. Vbi tamen non ſolum edictorum formulam eos irriſiſſe puto, ſed etiam ſine artis ſuæ, cuius item amantior erat imperator, vocabulis ritè ſeruatis ipſis (ſi Græcè ſcribebant, quod eſt ſatis ſimile veri) ſiue intellectis & indicatis (ſi Latinè) homonymiâ acriùs eum ſugillâſſe. *Bonum factum* (ita latine, ad formulam edicti, noctu ludebant mathematici, poſtquam eiuſmodi formulâ interdiù eos Italia intra Kalendas Octobris excedere iuſſerat) *ne Vitellius Germanicus intra Kalendas Octobris vſquam eſſet*, quod græcè ſonâſſet Ἀγαθῇ τύχῃ. Βιτέλλιος ὁ Γερμάνικος ἐντὸς τῶν καλάνδων τῶν τοῦ Ὀκτωβρίου ἀπαλλαγήσῃ τῆς βίας. Homonymia duplex fuiſſe videtur; tum in eo quod tam ſenſu indicatiuo quam optatiuo intelligi poſſet τὸ Ἀγαθῇ τύχῃ, tum quia *Fortuna bona* ſeu Ἀγαθὴ τύχη, aut *bonum factum* idem innuens, tam ex artis ritu quam ex edicti formula, petenda erat. Etenim Fortunam, quæ in tota ratione mortalium ſola vtranque, vt ait ille, paginam facere exiſtimabatur, ſiue Ἀγαθὴν & bonam ſiue κακὴν, φαύλην aut malam nominabant mathematici, prout ſyderum in thematis genethliacis poſitura & τὸν κλῆρον τῆς τύχης ſeu *ſortis Fortunæ* habitudo prædictionis argumenta ſubminiſtrabant. Neque id ſolum in hominum ſed & vrbium & imperiorum thematis obtinebat. Aut igitur infelicem exitum, ἀγαθῆς τύχης *bonæ fortunæ* ſeu *Boni facti* (quod idem eſt) nomine Imperatori cuius ex themate malam fortunam ſeu exitium compererant, ironiâ innuebant; aut conſulto ſimul vrbis ſeu Imperij Romani themate (vti artis illius præceptis oportet) Bonam ex tyranni nece Fortunam imperio, ſolennibus edicti vocabulis, quæ, eodem ſono fere, non diſſimili ſenſu, Aſtrologiæ propria erant, vſi edicebant. Non ſum neſcius interim τὰ ἐπίκτητα ſeu res externas plerunque à magiſtris, Sorti Fortunæ tributas eſſe. Sed, cum multiplex fuerit eiuſdem Sortis ſignificatio; in vitæ etiam datoribus ſeu aphetis, teſte ipſo Ptolemæo, primarium obtinet locum. Vnde prout ſiue à locis ſiue à ſtellis anæreticis ſeu interficientibus læditur, mortis genus oſtendere putatur. Vide, ſi placet Hermetem in Carpo, Aphoriſmo LXXVIII. Et Vettius Valens Antiochenus, Aſtrologus vetuſtus, necdum typis editus, Sortem Fortunæ, quam Κυρίαν τοῦ σώματος appellat, Lunam, Sortem verò Dæmonis ſeu Genij Solem (qui eidem Vettio τῆς καὶ δαίμων κοσμικῶς ὑπάρχει) denotare ait. Huic igitur τὰ φρακτικὰ ſiue res agendas ſeu athla (vti vocat Manilius) tribuit; illi τὰ σωματικὰ ſiue quæ ad corpus ſpectant; nimirùm Sanitatem, Morbos, Pulchritudinem, Necem & quæ ſunt id genus alia. Ita ſcilicet τῶν Ἀνθολογίων ſiue Floridorum libro IV. Vbi περὶ διαιρέσεως χρόνων ἐμπεφάκτων καὶ ἀπεφάκτων agit iuxta ſtellarum errantium periodos & ἀφέσεις ſeu in tempora miſſiones, quas vulgus hodiè aſtrologorum *prorogationes* vocat. Adijcit inſuper ibidem caput περὶ χρόνων διαιρέσεως ὑπὸ κλῆρον τῆς τύχης καὶ δαίμονος, ſiue de rebus Sortibus Fortunæ & Genij aſſignatis. Ἐπὰν ἕν, inquit, σωματικοὺς χρόνους ζητοῦμεν, οἷον κλιμακτῆρας καὶ ἀσθενείας ἢ αἰ-


μαγμοὺς πλώσεις, σίνη, πάθη καὶ δοά ποτε ἀν ἥκει τῷ σώματι περὶ ῥώσεως, τέρψεως, ἡδονῆς, κτησονῆς, ἐπαφροδισίας, ἀπὸ τῦ κλήρου τῆς τύχης διεκδάλλομεν ζωδιακῶς. Καὶ ἔ ἀν καταλήξη ὁ χρόνος, λογιζόμεθα τὸ ζώδιον καὶ τοὺς ἑπόντας ἀστέρας ἢ μαρτυρῶντας, πῶς σχηματίζον) πρὸς τὸν καθολικὸν οἰκοδεσπότην τῶν ἀφετικῶν χρόνων, καὶ πότερον ἐπίκεντροι οἱ χρόνοι κτ ☆ κλῆρον εἰσὶν ἢ ἔκκεντροι. Ideoq; Αγαθὴν τύχην & Αγαθὸν δαίμονα velut Deos contubernales habemus apud veteres. Vide Aristidis orationem sacram primam. Et Poema sic inchoauit Diagoras ille atheos, sed antequam Deos esse negâsset, Κατὰ δαίμονα καὶ τύχην πάντα τελεῖ). *A Dæmone* seu *Genio & Fortuna fiunt omnia*; quod memorat Sextus Empiricus aduersus Mathematicos lib. VIII. Et Ζαρουὰμ Zasradi seu Zoroastri, id est Magorum scholis, *Fortuna* dicta est adeoque τῶν πάντων ἀρχηγὸς, vti habet Theodorus Mopsuestiæ libro περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς apud Photium codice LXXXI. Obiter autem alia quæ apud Vettium nostrum habet Necepso, qui Ægypti Rex ante annos MMCCC. scripsit, de Sorte Fortunæ subiungimus. Neque gratiam nos inde non inituros putamus non solùm cum ijs qui diuinatricem illam artem frustra nimis venditant, sed etiam cum illis qui sobriè philosophantes & reuerentèr prisca indagando artium qualiumcunque siue deperditarum siue fugientium vestigia satagunt. Vettius, Floridorum primo, ad Felicitatem seu Infelicitatem nati dignoscendam, locum eius esse ait ἀναλημπτικὸν καὶ δυναστικόν. Et, vt sententiam firmet, Necepsonis Regis librum XIII citat. Ita, inquit, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐναρχόμενος ἐν τῇ II βίβλῳ μυστικῶς ἐξήνεγκε λέγων, ἐπιχρόνους δείκνυσι τοῖς ἡμέρας γινομένης (lege γινομένοις) σαφῶς ἀριθμεῖν ἀπὸ ☉ ἐπὶ Σελήνην· πάλιν ἢ ἀφορῶν (deprauatum esse puto ex ἀφ' ὥρας ποτε, qui abbreuiante figura ex literis duabus primis & π interdùm adiecta, conscribi solitus est; nisi ἀφ' ὁρῶν pro eodem illum vsurpâsse malles) ἰσότητα πάσην καὶ ☆ ἀποκαρτερεῖ τόπον σωφρονῶν ὅπου τέτακται ἀστέρος καὶ πῶς ἢ πόσος ἐπὶ τούτων φρονεῖσι· τὰ □ ἢ △ παντάπασιν ὡς κατηγόρηται. Ἐκ δὲ τῆς ☆ τῦ τόπου συγγνώσεως φόδηλον κρίνειν τὰ γινόμενα τὰ πράγματα. Atque eodem modo, ait, Petosiris locum explicat in Definitionibus siue ἐν τοῖς ὅροις. Ὁμοίως δὲ καὶ, inquit, ὁ Πετόσιρις ἐν τοῖς ὅροις ἐξήλωσε τὸν τόπον. Extremo item libro tam ex Petosiride quam ex Necepsone eadem iterat. Et libro III. caput habet de Sorte Fortunæ, eiusque in Natorum vitæ spatium imperio & legibus. Res ipsa satis futilis est nugatoria. Sed quoniam ex eodem Necepsonis libro etiam desumuntur quæ de ea tradit, ideoq; vetustiora sunt quam quæ alibi omninò legimus de Fortunæ Sortis apud Astrologos interpretatione & satis à vulgi Scriptorum sententijs diuersa, etiam totum caput adijcere visum est quod nec bonarum literarum studiosis iniucundum fore credimus, certe Astrologiæ magistellis pergratum. Lemma huiusmodi est. Περὶ κλήρου τύχης εἰς ☆ περὶ ζωῆς τόπον μεθ' ὑποδείγματος, ἐν ᾧ καὶ τὰ ἐλάχιστα ἔπη τῶν ἀστέρων. Εὖρον δὲ (inquit Vettius ille Valens) καὶ παλαίτερόν τινα αἵρεσιν περὶ χρόνων ζωῆς, ὑπὸ μὲν τῶν ἀρχαίων ἀναπεπλεγμένην ποικίλως. Αὐτὸς δὲ διὰ πείρας ἀναζητήσας διέκρινα· καὶ οἶμαι μᾶλλον τοῖς πλείοσιν ἀρέσκειν. Εν δὲ τῷ ΙΓ βίβλῳ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὸ προοίμιον καὶ τὰς τῶν ζώων διατάξεις, κλῆρον τύχης ἐπιφέρει

ἐπιφέρει ἀπὸ ☉ καὶ Σελήνης καὶ ♄ ὁ μεσίσλω (lege ὁν μέσον) περιποιεῖ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ βέλῳ μηνοειδεῖ καὶ κύριον κρίνει τόπον· ὅθεν καὶ αἴνιγμα τέθηκε τὸ ἔμπαλιν καὶ ἀνάπαλιν. Καὶ ὁ ἥλιος ὑπὸ ἧς ἀρχόμενος πάντας αἰῶνος κύτος παραδίδωσι ἕκαστον, κύκλον διανύων καθάπερ ὁρᾶται. Νυκτὸς δὲ ἐπερχομένης, ἢ πάντοτε ἡ Σελήνη φωσφορήσασα πύξει, ἀλλ' ὅτε μὲν ἑσπέρας φαίνεσα δύεται· ὁπὲ δὲ ὄπιμος μέχρι πρὸς μέσας· Ἐφ' ὁπὲ δὲ διὰ πάλας ἡ νυκτὸς πορεύσεται διόπερ ἀκολούθως ὁλοτελῶς ἀπὸ κύκλον ☉ παρηγγελύηκεν. Περὶ μὲν οὖν τούτου διανοήματος ἄλλοι ἄλλως φανῆσι. Ἐμοὶ δ' ἔδοξεν ὅτι μὲν ἡμερινῆς γνώσεως λαμβάνειν ἀπὸ Ἡλίου ὅτι Σελήνης καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ♃, ὅτι Νυκτερινῆς ἐφ' ὅσον μὲν ἡ Σελήνη ὑπάρχει ἐστι τοῦτ' ἐστι μήκης ἕως δύνη, ἀπ' αὐτῆς ὅτι ἀπὸ ἥλιον λαμβάνειν καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ὡροσκόπου. Μετὰ δὲ ἀπὸ δύσιν ἀπὸ Ἡλίου ἐπ' αὐτῷ. Τὸ γὰρ ὅπλέγειν διαπὲρ ὁλοτελῶς ἀπὸ κύκλον ☉ παρηγγελύηκε, τοῦτο δοκεῖ. Σκοπεῖν δὲ δεήσει εἰς ποῖον τόπον ἐξέπεσεν ὁ κλῆρος, καὶ τόπον ἡγεῖσθαι κύριον· ἔπειτα ζωοφόρον τε ζῳδίου κύριον ἐν ποίῳ ζῳδίῳ τέτυχε, σκέπτον δὲ καὶ τέτε οἰκοδεσπότην. Ἐκ τέτων γὰρ τῶν τεσσάρων τόπων καὶ τῶν τέτων οἰκοδεσποτῶν ὁ βιώσιμος χρόνος εὑρησήσεται καὶ τοῦ τρεῖς ὅρους οἷον ἕκαστος τῶν ἀστέρων ἰδίας ἀφορίδας δεσπόζει. ♄ μὲν οὖν ἔτων λ, ♃ ιϛ. ♂ ιε, ☉ ιθ, ♀ η, ☿ κ, ☽ κε. Ὁμοίως δὲ καὶ ἕκαστος ἰδίων ἀναφορῶν κτὶ κλῆρον. Κατὰ τὸ κλίμα οὖν συγκρίνειν δεήσει πότερον δύσκεντος ὁ κλῆρος καὶ χρηματίζων ἢ ἐπαναφερόμενος ἢ ἀποκεκλικὼς, καὶ τοῦ τῶν ζῳδίων οἰκοδεσπότας καθὼς καὶ ὁ παλαιὸς μέμνηται λέγων πᾶς ✶ δύσκεντος τοῦ ἰδίους χρόνους πλήρεις δίδωσι· ἔσκεντος δὲ ὅσους ἂν μερίζει λοιπαζομένους ἐκ τῶν ἰδίων ἀριθμῶν. Μερίζουσι δὲ καὶ τοὺς τελείας ἀπὸ ἀφορίδας καὶ τὰς ἀναφορὰς ὅταν καλῶς τύχωσι. Συμμερίζουσι δὲ καὶ οἱ Ζωαρέσται συμφάσκοντες ἢ μαρτυρῶντες ἢ ἐν οἰκείοις ζῳδίοις τυγχάνοντες εἰ μή τι ἀμφότεραι αἱ αἱρέσεις συμμερίζουσι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁμοίως. Πρότερον δὲ δεῖ λογίζεσθαι τοὺς ἀριθμοὺς· ὥρας· ἡμέρας· μῆνας· εἶτα ἐνιαυτούς· καὶ τοῖς μὲν ὅλοις χρῆσθαι ἐλαχίστῳ· μέσῳ· τελείῳ ὑπισχνουμένοις ἀφῶτον τῷ δευτέρῳ· ἢ δὲ τρίτον. Πολλάκις γὰρ ὅ δὲ μὲν τόπος ἐμέρισεν ἡμέρας. ὁ δὲ μῆνας· ὁ δὲ ἐνιαυτούς· παρὰ τὰς διαφορὰς τῶν χρηματιστικῶν ζῳδίων. καὶ τῶν οἰκοδεσποτῶν· ἢ τῶν κακωτικῶν αἰτίων καὶ ἐναντιώσεων. Περισσεμερίζουσι δὲ μὴ τὰ ἔτη καὶ μῆνας. ἰσαρίθμοις τοῖς χρόνοις. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ ♃ καὶ ὁ ♄ τόπος ἐφέξει τῷ κλήρῳ κατὰ τὸν μερισμόν· ὁπότ' ἂν οἱ κλιμακοὶ τόποι ἢ οἱ κύριοι παραπέσωσι· μάλιστα ὁπότ' ἂν ὁ κλῆρος τῷ ♃ τὸν μερισμὸν ἐκχωρήσῃ. Καὶ γὰρ οἱ ἀστέρες ἀντιπαραχωροῦσιν ἀλλήλοις. Δηλώσομεν δὲ καὶ ἐν τῷ ἑξῆς λόγῳ εἰς τοὺς διαμερισμούς. Ἔστω δὲ διάγραμμα ☉ ♀ καρκίνος ☾ ♌ ἰχθύες ♓ ♐ ♑ ♈ ♉ ♊ ♍ ♎ ὁ κλῆρος



τὸν τύχης καρκίνος ἀγαθοδαιμόνων· ἡ κυρία τοῦ κλήρου διὰ τοῦ κέντρου ἀριθμὸν· Ἔτη τὰ ☽ τῆς Σελήνης κε ἔτη καὶ τὸν καρκίνου τὸν ἀναφορὰν τὸν δευτέρου κλίματος ἔτη λϛ· καὶ τὸν οἰκοδεσπότου τῆς Σελήνης ♑ ἔτη λϛ. γίνονται διὰ τὸ αὐτὸ ἔτη ξθ (ita Ms. Sed calculus

lus exigit ϖϑ τοσάτων) ἔτων ἐπιλεύτα. Αλλη. ☉ ♒ ☽ ♌ ♍ ὁμοίως ♄ ♃ ♂ ♑ ♀ ♈, ☿ ♓, ὁ χλῆρος τῆς τύχης ♒ ἀπωκτκλιτικώς. Ο κύριος ἀγαθοδαιμόνων παρ' ἄιρεσιν ἐμί-



ρισε τὰ ἴδια ἔτη λ καὶ μιῶας τὰς αὐτὰς ἐν ἰδίῳ τύχων ζωδίῳ· τούτῳ δ συμπαρὼν ☿ ἐμέρισεν ἑαυτὸν· Ετελεύτα τῷ λδ ἔτει. Παρατηρητέον δ' ἐν ὅλῃ πάσης γενέσεως τὰς ἀφορμαμένας ἐν ἀρχῇ παραγγελίας καὶ τὰς φάσεις καὶ τὰς μοίρας ἵνα μὴ δόξωμεν καθ' ἕκαστον εἰς ὑπομιμνήσκειν καὶ τὰ αὐτὰ γράφειν. Ὡς ὅτι ὑποδείγματος γὰρ ἀνάγκλιν ἔχον ἀφορτάξαι γενέσεις.

Sequitur dein caput cui lemma est, ἀφὶ χλιμακτήρων (in ipso capite χληρικλιμακτῆρες vocantur) seu de annis nati in quos Imperium obtinent stellæ malefi-cæ pro varijs quas ad Sortem Fortunæ, sortiuntur ipsæ radiationibus. Alia sequuntur ἀφὶ ἐνιαυτῶν τῶν μέσων τῶν ἀστέρων. Nam ἔστι ἀστέρων habet triplicia; τὰ ἐλάχιστα, qui sunt anni superius syderibus tributi, τὰ μέσα, τὰ τέλεια. Sic apud vulgus Astrologorum eodem sensu occurrunt anni minores, medij, maiores. Videsis Iulium Firmicum Mathæses eos lib. II. cap. XXXIII. Vbi is de eiusmodi annis, & Chronocratoribus, in sequentibus, vt ferme Vettius. Etiam ad has nugas, quæ velut antiquissima omnium quæ extant Astrologiæ iudiciariæ specimina adduximus, fusiùs explicandas pluribus libro agit quarto. Τὰ ὑποδείγματα quæ affert, Schematis Cœli vt & oculis faciliùs accommodentur, repræsentauimus. Planetarum autem & Signorum heic characteres non prorsus similes sunt eis quos Codex Ms. exhibet. Quales in typographi loculis reperiuntur, talibus vsi sumus. Sed nec ita discrepant vt alios omninò esse sentias, nisi ductuum eiusmodi varietati, quæ ad figuras easdem ipsas repræsentandas adhiberi solet, ignoscendum esse non velis. Varij sanè apud librarios, idem interea volentes, ductus sunt. Et codex Ms. haud alios ferè habet quam Tetrabiblon Ptolomæi Græce editum. Sed hi & illi qui passim hodiè in vsu sunt, à veteribus scilicet, vt fieri amat, paulò deflexi, eadem ipsa, etiam quà linearum ductus sunt, significant & earundem rerum syderibus singulis respondentium sunt imagines. Saturni planè, in vtrisque, Falcem tantùm innuit, Iouis fulmen, Martis Spiculum, Solis siue Globum lucidum, vt vulgò pingitur, siue radium Solarem vt frequentiùs in libris Græcis; Veneris speculum, Mercurij caduceum, Lunæ ipsam nouam Ita etiam in Signis; Arietis Tauri &. Capricorni, Cornua, quæ tamen satis distincta; Geminorum, amplexus mutuos; Cancri, Chelas; Leonis, caudam; Virginis, pectinem; Libræ, iugum; Scorpionis item candam sed dissimilem Leonis; Sagittarij sagittam; Aquarij lineas vndulantes; Piscium, Pisces, vt in Cœlestibus eiusce signi diagrammatis,

cis, connexos. Ita Sors Fortunæ rota plerunque denotatur. Quæ tamen omnia inartificialitèr à Librarijs ſolent formari. Tantum abeſt vt in hiſce figuris, myſterij quidpiam latere ſentiamus cum ijs qui neſcio quos abditos naturæ ſenſus inde expiſcari ſe fruſtrà (ne quid grauiùs dicam) credidere. Solenne erat Græcis etiam vocabula alia ſæpius occurrentia eiuſmodi figuris abbreuiare, vti in deſcriptis etiam videre eſt; vbi ☍ δυσμῶν eſt, (cuius Partem habent ſeu Sortem cum alijs pluribus, præter Fortunæ, Aſtrologi) ♆ & ♇ ὡρόσκοπος, ☊ ἐλάχιστα. Etiam ☉ quod Solem vulgo indicat, Circulus eſt apud Vettium ſæpius. Id genus habet compluria. At demùm perpendant hæc & committant Ptolemæi caput περὶ τοῦ κλήρου τῆς τύχης in Tetrabiboli tertio, Aſtrologorum filij. Ita intelligent etiam quis ὁ συγγραφεὺς fuerit quem ibi memorat Ptolemæus. Necepſo planè eſt συγγραφεὺς ille, ita propter excellentiam dictus, vti ὁ βασιλεὺς ἀναρχόμενος & ὁ βασιλεὺς & ὁ παλαιὸς, & interdum ὁ συγγραφεὺς etiam à Vettio nominatur. Citat item Vettius Timæum, Abramum, Hermippum, Orionem, Critodemum, Aſtrologos, quorum plerique apud Firmicum item reperiuntur. Ideò autem Necepſo ἀναρχόμενος dictus eſt, ni fallor, quia primus fuiſſe creditus eſt, qui aſtrologiæ præcepta ſcriptis tradiderit. Quin is ſimul & Petoſiris eâdem cauſâ ſimplici τῶν παλαιῶν nomine nonnunquam appellantur. Videſis exegeſim veterem quæ Proclo tribuitur in caput quod diximus Ptolemæi. Scio ἀγαθὴν τύχην diuerſam Aſtrologos obtinere notionem. Nam domum ſchematis cœleſtis quintam ita antiquitùs vocabant vt in Sexti Empirici quarto, Iulij Firmici lib. II. cap. XIX, alibi item, legimus. Sed cum ea notione nihil huic loco eſt. Atqui Heſychius; Ἀγαθὴ τύχη, ἡ Νέμεσις καὶ ἡ Θέμις.

Pag. 24. Ἐπιμήνιοι δὲ ἱερεῖς] Antiſtites nimirùm qui τὰ ἐπιμήνια, id eſt, *ſacra Menſtrua* ſiue pro tota vrbe ſiue pro Senatu peragi ſolita faciebant. Idque nouilunijs. De ſacris ciuſmodi apud Græcos fuſiùs, ex autoritate veterum, Ioannes Meurſius in Græciæ Feriatæ lib. V. in Νουμηνία. Ibi etiam de Epimeniorum nomine & functione in ſacris illis. Doctiſſimi viri notis adijcio, ad ea, menſe nimirùm redeunte ſemper celebrata, epulas menſtruales, Plauto ita vocatas, ſpectare. Ergaſilus paraſitus in Capteiuis.

Dico vnum ridiculum dictum, de dictis melioribus
Quibus ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier;
Nemo ridet.

Quin & ἐπιμήνιος ſacrificulos eiuſmodi aut ſacrorum antiſtites generatim interdum denotare, vti & ἐπιμήνια *ſacras epulas* quæ menſtruæ non erant, ſed annuæ, & ἐπιμηνύειν ita *ſacrificare*. Id liquet tum ex teſtamento Epictetæ Grinni filiæ, in Marmorea tabula Venetijs, tum ex Lacedæmoniorum pſephiſmate quo firmatur teſtamentum. Sacræ enim epulæ ſeu ἐπιμήνια planè ibi quotannis tantum celebrantur, idque diebus XIX, XX & XXI Delphinij menſis. Et temerè egit interpres qui εἴ τις μὴ ἐπιμήνυσεν *Si quis menſe ſuo ſacris non miniſtrauerit* ibi vertit, & ἐπιμήνιοι *menſtruatim ſacro deſeruientes* & ἐπιμήνια *menſes ſolennes*. Debuit ſanè, *ſi quis functioni ſuæ ſacræ defuerit, epula-*

rum antiſtites ſacri, ſacræ epulæ, quod ex ipſis teſtamento & Decreto manifeſtum fit. Ea viſe apud Ianum Grutcrum. Ex frequentia ſcilicet ſacrorum in nouilunijs celebratorum, vocabula quæ ratione ſtati temporis primò indita ſunt, uullâ habitâ poſtmodùm temporis ratione, ad ſimilia ſeu quæcunque periodica ſacra, periodis diſſimilibus celebrata, tranſlata ſunt. Inde eſt etiam quod Heſychio Ἱερομνήμονες (vt ſcilicet ſacerdotium id denotat, ſeu vt Brauronijs ſacrificabant quolibet quinquennio antiſtites ita dicti, ſiue Eleuſinijs maioribus, aut id genus alijs redeuntibus, ſacris, apud Pollucem in octauo; non vt κεχωρισμένον ἀπ' ἱερωσυνῶν vocabulum eſt apud Philoſophum Politicorum ſexto) reddunturἔπιμήνιοι, quod ſacros antiſtites ſimpliciter, vt diximus, ſignificabat. Tantundem habet Phauorimus. Ita Ἱερομήνια generatim tandem dies feſti dicti; vti ex Demoſthenis contra Timocratem ab Harpocratione & Suida obſeruatur. Et Helleniſtis pari forſan ratione חֹדֶשׁ quod nouilunium eſt, & Νουμηνία ſæpius vertitur, item ἑορτή ſeu *Feſtum* eis redditur III Regum cap. XII. comm. 33. Idque feſtum à nouilunio remotiſſimum; quinto decimo ſcilicet die Marwheſcan menſis celebrandum. Scio חֹדֶשׁ pro menſe ibi ab alijs ſumi. Sed res ipſa quæ narratur Seniorum interpretationi maximè fauet.

Pag. 24. Ἐπὶ ξενισμὸν εἰς τὸ πρυτανεῖον.] Ipſa ἐπιμήνια, ſeu ſacræ epulæ per ξενισμὸν innuuntur. Tempeſtas enim aduentus legatorum è Magneſia eiuſmodi erat, vt inſtante nouilunio opportunè exciperentur. Ξενισμὸς pro ſacris eiuſmodi epulis vſurpatur apud Plutarchum in Demetrio. Decreuerant miſerè adulantes Athenienſes, Demetrium quotieſcunque appelleret Athenas, τοῖς Δήμητρος καὶ Διονύσου ξενισμοῖς δέχεσθαι: *Cereris & Liberi patris lautitijs* ſeu *epulis ſacris excipere*. Eodem nempè ritu honorem Regi, vt Numini, exhibere, quo Deorum, quos diximus, ſacra celebrabant. De ea re conſulas porrò Caſaubonum Animaduerſionum in Athenæum libro VI. cap. XV. Legati autem heic ad ipſorum deorum epulas tantum honoris cauſa invitandi; idque in Prytaneum, quod, vti cæteris Græciæ vrbibus, ita Smyrnæ proculdubiò, erat locus in quo tum victus publicus Hieronicis alijſque de republicca optimè merentibus dabatur, tum Veſta perpetuò ſacrata, & publicæ epulæ pollucibilitèr celebratæ ſunt. Doctiſſimè item de Prytaneis Caſaubonus dicti voluminis lib. XV. cap. XIX.

Pag. 25. Ἐπὶ Ἱερέως Ἡγησίου] Eminentioribus apud vtrunque populum dignitatibus, ijſque annuis, ni fallor, Fœderis annus notatur, quemadmodum Ephororum ſimul & Archontum ἐπωνύμων nomina annos ſignare ſolebant in Lacedæmoniorum & Athenienſium fœderibus quod ex Thucydide & Demoſthene ſatis cognoſcitur. Sed dignitas hæc ſacra eſt vtraque. Et Pontificem ſummum par eſt vt credamus fuiſſe Hegeſiam. Quin, de anno Sacerdotijs varijs ſignari ſoliro, vide Arrianum ad Epictetum lib. I. cap. XIX Flauium Ioſephum Ἀρχαιολογίας lib. XIV. cap. XVI. I. Maccabæorum cap. XIII. commat. 42. & cap. XIV. comm. 43. Ianum Druſium ad locum penultimum; Ioannem Meurſium in Archontibus lib. III. cap. VI. de ſacerdotibus Iunonis apud Argiuos, & in Græciæ Feriatæ lib.

lib. III feſto Ἥραια. Et habet Dogma Melitenſium, inciſum Romæ, hunc titulum ἐπὶ Ἱερεῶτος, τῆ Ἰκαρίᾳ Ἰκάρῳ, ἀρχόντων ἔ Ἡραίᾳ καὶ Κίμπτῳ, quod videſis apud Gruterum in Inſcriptionibus pag. 400.. aliud item eiuſmodi Agrigentinorum ibidem pag. 401. Adde Platonis de Legibus lib. XII, Plutarchum in vita Demetrij, Decreta aliquot apud Demoſthenem de Corona, Caſtorem apud Euſebium in Chronicorum priore, de Sicyoniorum Carnijs & in Canone numero DCCCLXXXIX; in addendis etiam pag. 213. Conſule porrò, Meurſium dicti de Archontibus operis lib. III. cap. XVI & XVII. Et durârunt eiuſmodi alijque varij diſtinctionis annuæ characteres vſque ad Iuſtinianum Imperatorem; adeoque vt Ciuitatibus aliquot in more etiam tunc temporis poſitum eſſet, ſine vlla alius notæ adiectione, annos inſtrumentis publicis & contractibus, ſuo duntaxat ritu, deſignare. Neque aliud innuit ille Nouella XLVII vbi παρατήρησιν δεῖ πῆς τῶν πολέων χρόνοις *ſeu obſeruationem in ciuitatum temporibus* maximè Orientalibus habitam memorat. Eâdem verò Nouellâ primò ſancitum eſt, vt non ſolum in Vrbe, ſed etiam in omnibus Prouincijs & Ciuitatibus, actis ſingulis & inſtrumentis, actuarij, tabelliones, exceptores & qui ſunt id genus ceteri, præponerent Imperatoris annum, Conſulem, Indictionem, Menſem & Diem, & demùm, pro ciuitatum arbitrio, τὸ ἔ πόλεως πᾶσι τρόποις ἔτος, *annum*, ſcilicet, *qui quocunque modo ciuitati proprius erat*. Edita eſt hæc Nouella anno Iuſtiniani IX. Salutis nempè reparatæ DXXXVII. Dicebatur præterea dignitas apud Smyrnæos primaria, eaque, qua annos ſignificabant, Stephanephorus, vti altera illa heic memorata, quæ Magnetum eſt. Sed illius vſus Smyrnæ, puto, nondum inoleuerat, ſeculis vtpote aliquot poſt Seleuci tempora receptus; de qua re ſtatim plura.

Pag. 25. Στεφανηφόρου ἔ Πυθοδώρου.] Stephanephorus heic ſeu *Coronam geſtans*, tum ex ſupremis erat, puto, Magnetum iudicibus annuis, tum Solis & Apollinis ſacerdos iſque primarius (nam plures etiam erant eiuſmodi ibi ſacerdotes) cuius nomen Faſtis ad annum deſignandum adeoque Fœderi huic, pro more, adijciebatur, vti Archon primarius ſeu ἐπώνυμος. Id ſane elicere fas eſſe videtur ex Platonis lib. XII. de legibus vbi de iudicum Supremorum & Correctorum electione verba faciens exemplum affert de Magnetibus. Vtrum de ijs qui in Theſſalia & vicinis Theſſaliæ Regionibus, an de noſtris, non ſatis liquet. Cum verò ex veteribus doceamur, hoſce illorum fuiſſe, idque diù ante Platonem, coloniam, non eſt cur dubitemus non ita diuerſa fuiſſe vtrorumque inſtituta maximè in ſacris cæteriſque quæ ſolenniora erant. Neque opinor ſanè, Platonem dum Magnetas in ciuili illo de Magiſtratibus præcepto generali, meminit, ipſos, qui eis tunc fuere in vſu, mores, non ſimùl innuiſſe. Quotannis voluit in communi Solis & Apollinis templo, Ciuium conuentu habito, poſt Solſtitium æſtiuum, triumuiros, qui ſupremi forent iudices ſimul & vtriuſque Numinis ſacerdotes, ex optimis ciuibus, ſuffragijs, hiſque paritate turbatis, ſorte eligi & θαλλῷ ſen fronde viridi coronari; tum pronuntiari; Ὅτι Μαγνήτων ἡ κρατὴν πάλιν τυχοῦσα σωτηρίας πολις ἀποφήναι αὐτοὺς Ἡλίῳ ἄνδρας τοὺς ἀρίστους

πρεῖς, ἀνροθίνιον Ἀπόλλωνι καὶ τῷ παλαιὸν νόμον ἀνατίθησι κοινὸν καὶ Ἡλίῳ *Quod Magnetum ciuitas, instaurata sibi diuinitùs salute, designatos suos soli triumuiros optimos vt primitias ritu veteri, Apollini & Soli communes consecrat.* Ita nempè annum auspicabantur fortè Magnetes. Triumuiris autem hisce minorum, scribit, Magistratuum, correctorum scilicet seu εὐθυνῶν, censuram competere, atque ab his ad illos reis prouocare licere. Quin exutâ post annum dignitate, singulari, dum vixerint, honore haberi, hos solos ciuium Coronam lauream gestare, ac omnes Apollinis & Solis Sacerdotes perpetuò manere. Ἀρχιερέα δὲ, inquit, ἕνα κατ' ἐνιαυτὸν, ἐκ πρώτου χριθέντα τῶν γινομένων ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῶν ἱερέων· καὶ τέτυμα ἀναγράφειν τότε κατ' ἐνιαυτὸν ὅπως ἂν γίγνηται μέτρον ἀριθμῷ τοῦ χρόνου ἕως ἂν ἡ πόλις οἰκῆται, *Summum verò sacerdotem vnum esse quolibet anno, atque eum qui primus renuntiatus est ex his qui illius anni fuerint sacerdotes. Huius autem nomen perscribi ad tempora designanda dum ciuitas habitatur.* Si hæc ad Magnetas omnia spectant, Stephanephororum eis genus duplex erat. Alij, tam Magistratuum censuræ quam Deorum sacris, annis suis electi, præerant; alij exutâ, post elapsum annum, dignitate, profana seu administratione ciuili, perpetuò tamen manebant sacerdotes honorarij. Saltem sacrorum cura ab his amplius haud erat exigenda, sed vltimò electis delegata. At Stephanophori non minùs hi quam illi dicti. Vniuersis enim ijsque solis Coronam eamque lauream gestare fas erat. Primi autem generis tres duntaxat erant, quorum, is qui primus renuntiatus est, Pontifex erat maximus & ἐπώνυμος τοῦ ἐνιαυτοῦ seu anni signator; vnde illius nomen, quod fortitus est heic Pythodorus, cum Smyrnæorum Pontifice Hegesia Fœderi præfigitur. In hanc dignitatem cuectus est Themistocles cum sedes haberet Magnesiæ, quam vt panem, sicut alias Orientis vrbes vt vinum, obsonia, vestes, & stragula ei sigillatim subministrarent, dono à Xerxe acceperat. Ita Posis vetustissimus rerum Magneticarum Scriptor apud Athenæum libro XII. Πόσις ἐν τείτῳ, ait ille, Μαγνητικῶν τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ τὸν Στεφανοφόρον ἀρχὴν ἀνθήσαντα θῦσαι Ἀθηνᾷ καὶ τὸν ἑορτὴν Παναθήναια ὀνομάσαι. Neque verò est cur porrò de vocabuli ratione solliciti simus. Tam notum est Coronas velut dignitatis maximè propria insignia gestasse sacros antistites, quàm sacra eos feciisse. Atque inde vocabulum, vt fit, natum. Tarsi idem dignitatis nomen Herculis Sacerdotem denotabat, quod scribit Athenæus libro V, vbi Lysiam philosophum Epicureum Stephanephorum ibi creatum ostendit & στέφανον δάφνης χρυσῆς ἐστεμμένον, *Coronam lauream, quæ aurea etiam erat, gestasse.* Metrodorum item Hermogenis F. à mystarum conuentu Stephanephorum seu Sacerdotem Matris Deûm renuntiatum habes in veteri inscriptione apud Gruterum pag. 309. 1. & pag. 1097. 5. Vide si placet, Carolum Paschalium de Coronis lib. IV. cap. XIV. atque adde magni Casauboni animaduersiones in quintum Athenæi cap. XIII. & eiusdem notas ad Suetonij Octauium cap. XVIII. Cæterùm non omnes Coronæ Sacerdotum prouincialium aureæ erant, quod tamen ex Tertulliani de Idololatria cap. XVIII. ab eo ibi elici videtur

tur. Fuere duntaxat nonnullæ; neque aliter intelligendus Tertullianus. Nam aliæ laureæ in prouincijs non minùs quam Romæ erant, aliæ ex alijs frondibus, pro ritu vario. Etiam ipſi Athenienſium archontes myrto coronabantur, licet inde non denominati. Teſtatur Pollux in octauo; & videſis V. C. Ioannem Meurſium Atticarum lectionum lib. VI. cap VI. Poſtmodùm autem & Smyrnæorum Pontifex maximus, cuius nomine annum ſignabant, Stephanephorus, ſeculis aliquot nimirùm tranſactis, dici cœpit ad aliarum ciuitatum, quibus vox illa in vſu, exemplum. Id comperimus ſub temporibus Antonini Philoſophi. Tunc enim Heraclides ſophiſta (quod ſcribit Philoſtratus) Στεφανηφόρον ἀρχὴν παρ' αὐτοῖς ἦρξεν, ἀφ' ἧς τοῖς ἐνιαυτοῖς τίθενται Σμυρναῖοι τὰ ὀνόματα, *Coronatam dignitatem*, ſeu *eam quæ Stephanephori eſt, apud eos obtinuit a qua annis ſuis Smyrnæi nomina imponunt.* Et ad Smyrnam ſpectant, puto, & inde, ni fallor, tranſlatæ ſunt illæ, quas ſupra dedimus, inſcriptiones æui Fœderis recentioris, in quibus habetur dignitatis huius mentio. Vide IV, V, & IX Arundelliarum quæ Græcæ ſunt. A tam frequenti nominis apud Orientales vſu, Stephanephororum & eorum qui, coronas geſtantes, alijs tamen nominibus noti erant, ſodalitio, & adminiſtrationis tum viciſſitudinibus tum iure partario, dignitas hæc ἄξίωμα τὸ ἀπὸ μέρους στεφανηφόρου ſeu στεμματοφόρου *dignitas cui coronam geſtandi ius erat partiarium* interdum dicebatur; quo ſcilicet diſtingueretur à faſtigio verè regio ſeu monarchico. Ita intelligo Ptolemæum libro IV. Tetrabibli capite II. περὶ τύχης ἀξιωματικῆς ſeu *de fortuna dignitatum* quam à luminarium & comitantium ſeu ſtipantium, δορυφορούντων nempè planetarum, poſitu ſumit. Si in maſculinis ſignis, inquit, & in angulis luminaria fuerint planetis quinque ſtipata, Reges naſcuntur. Si Planetæ ipſi ſtipantes angulos occupent, orbis decernunt imperium. Si, ceteris ita ſe habentibus, Sol fuerit in maſculino, Luna in fœminino ſigno, atque horum alterum duntaxat angulum habeat ἡμίσεις μόνον ἔσονται ζωῆς καὶ θανάτου κύριοι, *Principes erunt ſolummodo non ſupremi, vitæ tamen neciſque poteſtatem habentes.* Ἐὰν δὲ πρὸς τούτοις, ait. μὴ δὲ οἱ δορυφορούντες ἀστέρες ἐπέχωσι τοὺς τετάρτους τοῖς κέντροις, μεγάλοι μόνον ἔσονται καὶ ἐν ἀξιώμασι τοῖς ἀπὸ μέρους στεμματοφόροις ἢ ἐπιτροπικοῖς ἢ στρατοπεδαρχικοῖς καὶ ἀρχιερατικοῖς. Vbi Ms. codex in bibliotheca Collegij Corporis Chriſti Oxonijs habet μεγαλωμένοι ἔσονται καὶ ἀξιώμασι τοῖς ἀπὸ μέρους στεφανοφόροις ἢ ἐπιτροπικοῖς, ἢ στρατοπεδαρχικοῖς ἢ ἱερατικοῖς καὶ ἐν τοῖς ἡγεμονικοῖς. *Si cæteris ita ſe habentibus, ſtipantes planetæ angulos non occupent neque eis teſtimonium præbeant, magni erunt & dignitate, cui Coronam geſtandi ius eſt partiarium, ſeu vicarii, ſeu caſtrorum præfecti, ſeu ſacerdotali, minime autem principali dignitate, conſpicui.* Ita locus ille reddendus, quem deprauarunt nimiùm Latini interpretes Gogaua, Camerarius, horumque ſequaces dum *Natalium ſplendore conſpicuos aut in dignitatibus generis illuſtres* pro ἀξιώμασι τοῖς ἀπὸ μέρους στεφανοφόρους plerunque ignorantèr ſubſtituunt, Alij *habentes magnum poſſe ſuper aliquam villam.* Sed veri ſenſus veſtigia maximè habentur in veſione illa

illa Ægidij Tebaldini ex Hiſpanico ſermone in Latino-barbarum ante ſecula aliquot edita, vbi legimus, *Erit natus magni nominis tantum; & eius valitudo velut illius, qui vni parti dominabitur, apparebit.* Hiſpanica autem verſio Alfonſi ..... Caſtellæ Regis iuſſu ex Arabica ſumta eſt, verſione quam nondum vidimus. Sed partiarium dignitatis ius Arabem agnouiſſe ibi palam eſt quod aut diſſimularunt aut ignorarunt interpretes cæteri omnes. Neque doctiùs ſane eorum, qui Commentarios ad locum conſarcinarunt, quiſpiam. De alia quàm hac ipſa Stephanephori dignitate minime capiendum eſt illud in Hephæſtionis Thebani atque aliorum aliquot Aſtrologorum priſcorum excerptis. Quibus aſcendit (aiunt) tertius Libræ Decanus, eorum nonnulli στεφανοφρονήσυσι (ita in Codice typis edito) ἢ ἄρξυσι πολέων. Planè legendum στεφανοφορήσυσι.

Pag. 25. Μηνὸς Ληναιῶνος.] Vt ſacra pleraque ita etiam Temporum nomina, ſolennes rationes, atque alia compluria Athenis in Ioniam, in tertia Coloniarum è Græcia migratione (de qua conſulendus Pauſanias in Achaicorum initio) transfretârunt. Cuinam igitur tempeſtati menſis hic, Smyrnæis & Magnetibus, puto & Ionibus ceteris, communis, reſponderit, è moribus Atticis illùc traductis, cum Ionicis aliàs deſtituti ſimus, eruendum eſt. Menſium Atticorum latercules habemus apud recentiores, varios. In ijs Lenæonis nomen non habemus, extra quam vbi à Grammaticis aliquot, accuratiores temporum rationes negligentibus, infarcitur. Et rarò ſatis apud veteres omninò habetur. Apud Heſiodum occurrit. Verſus notiſſimus eſt. Μηνὸς

ἓξ Ληναιῶνα καὶ ἡμέρας βόσορα πέντε, τῦτον ἀλεύασθαι &c. Bœotius erat poeta, ideoque menſem Bœotium ita dictum, ſunt qui non abſurdè colligunt. Sed Bœotijs menſem ita aliquem vocatum negat eruditiſſimus Heſychius. Ianuarius pro eodem Heſiodi interpretibus plerunque ſubſtituitur, & nunc Gamelioni Attico nunc Poſideoni tribuitur. Vide Ioannem Tzetzem ad Heſiodum, & Theodorum Gazam de menſibus Atticis, qui Κέκον cum, puto, appellat de hac re agens. Quin Etymologici autori menſium principium dicitur Lenæon & Choiaco Ægyptiorum conuenire. Sed Choiacus in fixo Ægyptiorum anno interuallum quod à XXVII. Nouembris ad XXVI. Decembris interijcitur, occupat. Hibernum interim fuiſſe, apud Heſiodum, nemo dubitare poteſt. Ionibus autem menſem Lenæonem fuiſſe etiam tradunt & Proclus ad Heſiodum & Tzetzes in Trincaualli editione; qui porrò inter menſes Atticos eum tam benè forſan numerat quàm malè collocat. Ego verò, doctiorum pace, Lenæona (ſi aut Athenienſes ſpectemus, aut eos qui ab Athenienſibus mores ſuos accepêre) ipſiſſimum fuiſſe Antheſterionem ſiue ſecundum menſem Atticis hybernum, opinor. Etenim menſes Atticos à ſolemnioribus ſuis ſacris plerunque denominatos eſſe manifeſtum eſt. Vt à Thargelijs Thargelion dictus, Pyanepſion à Pyanepſijs, Antheſterion ab Antheſterijs. Non diſſimili ferè ratione priſcis Danis Chriſtmonath Decembrem, & Saxonibus Eorteanmonaþ Aprilem denotabat, vti etiam à Februis, Februarius Latinis dictus. Certiſſimum autem eſt Athenienſibus Dionyſia ſeu Liberalia tri-

plicia

plicia fuiſſe. Ea quæ κατ' ἀγρὰς, ſeu Ruralia (vt eorum anni ſeriem obſeruemus;) ea quæ Antheſteria ſeu Dionyſia ſimpliciter ſæpius & propter excellentiam, Dionyſia Maiora, & Dionyſia in Limnis, dicta; & quæ κατ' ἄστυ ſeu Vrbana. Horum genus Primum Poſideone menſe celebrabantur, teſte Theophraſto περὶ ἀδολεσχίας. Secundum Antheſterione, quod à Demoſthene contra Neæram, Thucydide in ſecundo, Heſychio, alijs docetur. Tertium Elaphebolione, vt idem Heſychius, alij. Atticorum menſium ſeriem, quæ, ad hanc rem, extra controuerſiam poſita eſt, vide ſupra paginâ 69. Vbi ſi Mæmacterionem excipias, nullum ſuo loco non tributum habes. Dionyſiorum autem Primum & Secundum annua erant; Tertium trietericum. At Secundum genus, noſtrâ ſententiâ, dicebatur etiam τὰ Λωΐαια ſeu Lenæa (quæ aduerſantur heic, licet à doctiſſimis viris oſcitantèr nimis recepta, & ſubijciemus & cluemus) feſtum ſcilicet Liberi patris maximè ſolenne & vetuſtiſſimum; adeóque Duplex Feſti nomen binominem ipſum Menſem effecit. Vt ab Antheſterijs Antheſterion, ita à Lenæis Lenæon formatus. Neque enim aliud ſonat Lenæa quam Bacchanalia, Liberalia ſeu Διονύσια illa quæ Antheſteria fuere. Expreſſiſſimè de nomine, ad hanc rem, Lenæorum, Heſychius. Λίμναι, ἐν Ἀθήναις τόπος ἀφιερωμένος Διονύσῳ ὅθεν τὰ Λωΐαια ἤγετο. *Limnas* dicit *locum eſſe Libero patri ſacrum in quo ſacra* Lenæa *peragi ſolita*. At verò quæ in Limnis ſacra, ea Antheſteria ipſiſſima, ſeu Maiora fuiſſe nemo dubitat. Itaque Lenæa & Antheſteria eadem. Idem Heſychius in Ληναιὼν μὴν. Οὗτός, inquit, τὸν μῆνα Βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν. Εἰκάζει δὲ ὁ Πλούταρχος Βουκάτιον. Καὶ γὰρ Ψυχρός ἐστιν. Ἔνιοι δὲ Ἑρμαῖον ὃς μετὰ Βουκάτιόν ἐστιν. Καὶ γὰρ Ἀθηναίοις πλὴν τῶν Ληναίων ἑορτὴν ἐν ἀυτῷ ἄγουσιν. *Nullum menſem Lenæonem vocabant Bœotij.* (Dum hæc ſcripſit verſum illum Heſiodi reſpexit) *Putatur autem Bucatius idem eſſe Plutarcho. Nam & is frigidus eſt. Alij Hermæum eſſe* Lenæonem *volunt, qui Bucatium ſequitur. Nam etiam in eodem* Lenæorum *Feſtum celebrant Athenienſes.* Menſis igitur, quo Lenæa peragi ſolita, Hermæo Bœotorum reſpondit, id eſt, ſecundo eorum menſi. Nam Bucatius eis, annum à ſolſtitio hiberno auſpicatis, primus erat quod docet Plutarchus in Pelopida. Hic itaque Gamelioni Attico reſpondet. Secundus igitur, nempè Hermæus, Antheſterioni; adeóque Antheſterionis ſacra ſunt quæ Lenæa dicta. Videſis Proclum ad Heſiodi Opera & Dies vbi malè Βάκαρος pro Βούκατος legitur & à doctis aliquot viris patientèr nimis excipitur. At diſertè ibi de Hermæo locutus, cui Lenæa Attica etiam tribuit, Ἴωνες, inquit, τοῦτον οὐ ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσιν, *Ionas menſem illum non alio quam* Lenæonis *nomine appellant.* Idem, ni fallor, voluit ibi Ioannes Tzetzes; tametſi veterum temporis rationum omninò expers Romanorum Ianuarium, Ægyptiorum Choiacum & Lenæonem temerè cõfundat. Nam Lenæi ſeu Lenæonis menſis nomen inde petit ὅτι τὰ Πιθοίγια ἐν τούτῳ ἐγίνετο *eo quod Pithœgia in eo peragebantur.* Et expreſſè Λωαῖος, inquit, παρὰ Ἴωσι καλεῖται, *Lenæus Ionibus appellatur.* Ita ſcilicet Tzetzes in Edirione Trincauelliana ſeu veteri. Sed nuperæ hæc verba neſcio quare

quare prætermittuntur, alijs eo in loco ſubſtitutis ; & non ἐν Ἰάσι, ſed παρ' Ἕλλησι Ληναιὼν καλεῖται in ea legitur. At verò Pithœgia XI. die Antheſterionis peragi ſolita, teſte Plutarcho Sympoſiacon III. quæſt. VII. Sed & Heſychius, opinor, Antheſterionem ipſum Lenæonem appellat, vbi de Liberalibus in Διονύσια agit. Διονύσια, air, ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἡ Διονύσῳ ἄγεται. Τὰ μὲν, καθ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος τὰ δὲ κλαῖα μηνὸς Ληναιῶνος. τὰ δ' ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος. Triplicia proculdubiò Liberalia Athenienſium docere heic voluit vir ſcientiſſimus. At Ruralia & quæ Vrbana dicta, ſeu tricterica, ſuis menſibus rectè tributa videmus. Illud verò τὰ δὲ κλαῖα verba nihili ſunt. Emendarunt alij legentes τὰ δὲ πάλαι Ληναιῶνος. Sed ita duplicia tantum erunt ibi Liberalia, & ea quæ Maiora, annua, & maximè ſolennia, contra morem Heſychianum, prorſus omiſſa. Quin nec ita heic ſatis congrua tradiderat ipſe ijs quæ, verbo Ληναιὼν, dixerat. Alij τὰ δὲ Ληναῖα ibi legunt. Sed in ijs etiam ſunt qui ſummâ interim incogitantiâ Lenæa & Liberalia Ruralia etiam ipſi confundunt. Sed lectio hæc eſt appoſitiſſima, quam etiam firmatam habeo perſpicaciſſimo iudicio Ampliſſimi & Amiciſſimi viri Danielis Heinſij. Ita caſtigandum illum Heſychij locum me amanter literis ſuis docuit Sydus illud orbis literati ſplendidiſſimum. Atque æquum certè eſt, vt aut eam lectionem amplexemur aut τὰ δὲ ἀρχαῖα (pro κλαῖα) Ληναιῶνος ſubſtituamus. Vtroque modo Antheſteria ſeu Dionyſia in Limnis, Lenæone, id eſt, ſuo menſe, ritè collocabimus. Etenim Dionyſia hæc τὰ ἀρχαιότερα Thucydidi, idcoque ἀρχαῖα ſeu vetuſta, propter excellentiam & vetuſtatem dicta ſunt. Sic triplicia Dionyſia ſuis ſigillatim menſibus pulchrè ab Heſychio ordinata. Et non ſolum Menſis nomen ſed & nominis ratio ad Ionas noſtros Athenis migrauit. Ijs enim Lenæa etiam, Liberalia illa Maiora & vetuſta, eodem Antheſterionis, XII. nempè die, quo Athenis, quotannis peragebantur. Locuples eſt huius rei teſtis Thucydides libro II. Ab auſtrali arcis parte compluria ſcribit delubra Athenis fuiſſe ſita; Iouis, inquit, Olympij & Apollinis Pythij & Telluris ſiue Cereris καὶ τὸ ἐν λίμναις Διονύσου ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι, ὅπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν, *& Bacchi in Limnis cui vetuſtiora Liberalia fiunt* XII. *die menſis Antheſterionis, quemadmodum nunc quoque Iones iuxta morem celebrant.* Ibi Scholiaſtes ἀρχαιότερα, inquit, εἶπε διὰ τὰ νεώτερα ἄλλα. Vetuſtatis nimirum nomine, à ceteris Liberalibus hæc ſignantèr diſtincta. Atque hæc ipſa ſunt Liberalia quæ ἱερὰ ἅμα πομπῇ Διονύσια celebrari ſolita etiam in Smyrna noſtra, diſertè memorat Ariſtides tum in Σμυρναϊκῷ πολιτικῷ tum in φυσιογνωμικῷ. Ea ſcilicet quibus Triremis ſacræ pompa fieri ſolebat, de qua & ipſe Ariſtides & Philoſtratus in vita Polemonis Sophiſtæ vbi etiam exp eſſè Antheſterioni menſi apud Smyrnæos Liberalia illa tribuuntur. πέμπεται, inquit Philoſtratus, πλοῖον μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι μετάρσιον τριήρης εἰς ἀγερὸν ὑπὸ τῷ Διονύσου ἱερεῖ θεὸν κυβερνήτης εὐθύνει *Pompa fertur menſe Antheſterione, ſublimis Triremis in forum, quam dirigit Liberi patris ſacerdos vt gubernator.* Attamen malè illi qui τὰ δὲ ἀρ-

Διονύσια ſimplicitèr dicta ſemper Antheſteria ſeu ἀρχαιότερα ſignificare volunt. Dionyſia ſimplicitèr dicta Ruralia etiam nonnunquam denotant, & interdum Vrbana; cum ſcilicet aut expreſſè à Lenæis diſcriminantur aut alitèr ex ipſa, de qua mentio fit, re ſatis dignoſcuntur. Thraſyllus apud Laertium in vita Platonis, Tragœdi, inquit, τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, χύτροις *quatuor dramatis* (ſeu tetralogia) *certabant in Dionyſijs, Lenæis, Panathenæis & Chytris.* Dionyſia capienda heic eſſe pro alijs à Lenæis manifeſtum eſt. Panathenæa menſem Hecatombæonem occupabant, quod liquet ex pſephiſmate Timocratis in Demoſthenis, aduerſus eum, oratione. Chytrorum Feſtum Lenæorum poſtride celebratum. Similis vocabulorum, ni fallor, ratio eſt apud Pollucem lib. VIII. vbi Archontem Dionyſia ordinare ait, Regem verò Sacrorum Lenæis præeſſe. Sic Eupolis in Vrbibus (Comœdiæ nomen eſt) tributa Athenas à ſocijs εἰς τὰ Διονύσια portari ex ſancito ſolita ait apud Ariſtophanis Scholiaſtem in Acharnenſes. Sed Antheſteria ſeu Lenæa ab Eupolide intellecta fuiſſe, ſentire nequeo. Nam ſub agonem Lenæum tributa ſocij non afferebant; quod diſertè docet Ariſtophanes, vtcunque Scholiaſtes eum ibi de Ruralibus agere perperam cenſet. Et quod de Comici Babylonijs & Cleone traditur, ad Ruralia referendum eſt, non ad aliud Dionyſiorum genus. Nam ad Vrbana, quæ tricterica erant, nequit, quoniam tributa annuatim perſoluebantur, vt ex Æſchinis oratione περὶ παραπρεσβείας ſcimus. Dionyſia autem Galeno intellecta libro de Antidotis primo, vbi de ijs qui τῷ Διονύσου βακχεύοντες εἰώθασι διασπᾶν τὰς ἐχίδνας παυομένου μὲν τοῦ ἦρος ἅπω δ' ἠρχομένου θέρους, agit, ipſa Vrbana, ni fallor, ſeu Trieterica erant. Menſem enim Elaphebolionem indicare videtur qui Ver clauſit. De eiſdem Dionyſijs intelligendus forſan locus ille Ariſtotelis Metaphyſicorum V, cap. XXIV, vbi de varijs modis dicendi, aliquid ex aliquo fieri verba faciens, vnum affert de eo quod aliud ſequitur, & proinde ex eo fieri, dicitur. διον, inquit, ἐξ ἰσημερίας ἐγίνετο ὁ πλοῦς, ὅτι μετ' ἰσημερίαν ἐγίνετο· καὶ ἐκ Διονυσίων Θαργήλια, ὅτι μετὰ τὰ Διονύσια, *vt ex Æquinoctio fit nauigatio quia poſt æquinoctium fit, & ex Dionyſijs Thargelia, quia poſt Dionyſia.* Certè Dionyſia illa Elaphebolionis ſeu Trieterica proximè ſuis annis præcedebant, interiecto Menſe Munichione, Thargelia. Id eſt, alia non interueniebant Dionyſia. Quod ſi de annuis Dionyſijs capiendus ſit Ariſtoteles, tunc Antheſteria ſeu Lenæa innuit, quæ, interiectis, præter complures dies, menſibus integris, tam Elaphebolione, quam Munichione in anni Attici ratione Thargelia anteuertebant. Craſſum errorem aliquot interpretum, qui Thargelia ibi menſe Februario collocant, & de ijs neſcio quid ignauum effutiunt, libentèr prætermittimus. Sed verò doctiſſimis æui noſtri viris placere video, Lenæa ſacra à Ruralibus, quæ Poſideone celebrabantur, non fuiſſe diuerſa. Nituntur illi plerunque autoritate Scholiorum, in Acharnenſes, quibus fateor Lenæa & Ruralia eadem ſunt. Scholijs illis, & Marco Muſuro, qui eorum pleraque congeſſit, plurimum debemus. Sed aſſenſum heic præbere ego omninò nullus queo.

Illud Dicæopolis apud poetam in Acharnenſibus,

Ἐγὼ δ' πολέμε καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς
Ἄξω τὰ καθ' ἁρχὰς ἑστιὼν Διονύσια.

Ego bello maliſque ſolutus rus me conferam & Liberalia agam Ruralia. De Lenæis malè interpretatur Scholiaſtes, & fallit dum fallitur. Nec melius eadem ipſa intelligi vult, quæ in eadem Comœdia poſteà hiſce verbis traduntur.

Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν οὐπὶ Λιμναίῳ τ' ἀγὼν
Κὔπω ξένοι πάρεισιν. Οὔτε γὰρ φόροι
Ἥκουσιν ὕτε ἐκ τῶν πολέων οἱ ξύμμαχοι.

Nos ipſimet ſumus. Certamen hoc in Lenæo eſt. Neque adſunt peregrini. Non enim hac tempeſtate adferuntur tributa, neque ex vrbibus adueniunt ſocij. Primo loco Poſideonis ſacra nemo non videt. Sed de ijs verba ibi fiunt à perſona Acharnenſi, quæ grauioribus ſoluta curis, rus ſe conferre deſtinat. Et tempus in quo loquitur ad inducias, de quibus ibi mentio, ſpectat. Sed ὁ ἐπὶ Λιμναίῳ ἀγὼν in ſecundo loco, ipſiſſima Antheſteria ſunt ſeu Liberalia quæ in Limnis agebantur, id eſt, Lenæa, quibus ſcilicet Comœdia illa, Acharnenſes, docebatur, Archonte Euthymene, quod legimus in eiuſdem argumento. Lenæon enim, nempè Λιμναῖον in vrbe erat, non rure, locus, in quo certamina celebrabant, Athenienſes ante Theatrum extructum. Ibi etiam Bacchi Lenæi fanum; adeoque à Limnis locus hic non diuerſus. Tantundem aſſerere videtur mihi omni exceptione maior Heſychius in Ἐπὶ Λιμναίῳ. Ἀγών ἐστιν, inquit, ἐν τῷ ἄστει Λήναιον περίβολον ἔχων μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίοις Διονύσοις ἱερὸν ἐν ᾧ ἐπιτελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Manifeſtiſſimus eſt ad ſecundum Ariſtophanis locum commentarius quem recentiorum Scholijs præponderare nemo dubitet. Atque inde etiam Suidas, Etymologici autor, & Fauorinus intelligendi in Ἐπὶ Λιμναίῳ. Etymologus item corrigendus. Adeò autem Ariſtophanis Scholiaſtem in hiſce aberraſſe nemo miretur qui eundem etiam in Autumno Lenæa collocare aduerterit. Etenim Liberaliorum triplicium nulli locus erat in autumno, neque eiuſce rei apud veteres alibi veſtigium occurrit. Alibi etiam in ſacrarum ratione nimiùm fallit idem Scholiaſtes. Sed ab eo heic ſtat quod apud Stephanum de Vrbibus legitur. Λήναιον, ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς ἀπὸ τοῦ Λήνου & citatur Apollodori Chronicon. At quæ ſupra attulimus ſatis perſuadent, verba illa ἐν ἀγροῖς futile eſſe ſiue Hermolai Epitomatoris ſiue recentioris alicuius magis gloſſema quàm, ſiue Stephani, ſiue Apollodori (quorum vterque intercidit) mentem aperuiſſe. Et aut veteris Græciæ ſacrorum ignorantia eſt, aut incogitantia eſt nimia Procli ad Heſiodum, vbi de Bœotorum Hermæo menſe locutus, eundem eum cum Attico Gamelione facit καθὸ, inquit, τὰ Λήναια παρ' Ἀθηναίοις, *quo tempore Athenienſibus Lenæa celebrari ſolita.* Quis vnquam ſiue Lenæa ſiue Dionyſiorum alia vlla Gamelioni anteà tribuit? Adeoque nil ſatis obſtat, quin demùm Lenæa, Dionyſia in Limnis, & Antheſteria eadem ipſa ſacra fuiſſe concludamus, atque inde menſem Lenæonem vocitatum

tatum ac si Dionysion seu Bacchius dictus fuisset quæ idem sonant. Nam & Baccho mensis ipse ante alios sacer habebatur, vti notat Harpocration &,pro varia Emboliſmorum , Prosthaphæresium & Cyclorum ratione, à Ianuario per Februarium in Martium,in Mensibus Iulianis, diuersimodè vagabatur. Vide nunc, si placet , viros summos Iosephum Scaligerum de Emendatione Temporum lib. I. capite de Mensibus Atticis & Canonum Isagogicorum lib. I. pag. 57. & Isacium Casaubonum tum ad Theophrasti characterem περὶ ἀδολεσχίας tum de Satyrica poesi lib. I. cap. V. Adde Phanorinum in Lexico & Petri Castellani Εορτολόγιον. Nemo est horum cui non heic aduersamur; sed non sine ratione, qua alitèr edocti sententiæ libentissimè renuntiabimus. De Liberalibus item Atticis consule Dionysium Petauium ad Themistij Orationem XII. Sed de Mense hactenus. De anno item videbimus. Annos quorum initia loca habuere circa Solstitia æstiua , cum cæteris plerisque Græciæ ciuitatibus , nostris hisce in vsu fuisse, vix est cur dubitemus. Et quod ex Platone suprà notauimus de Stephanephororum electione tantundem firmare videtur in Magnesia. Seleucidarum autem anni tam incerti sunt apud Scriptores, vt vix de eorum cuiuspiam initijs & excessu exactè satis consentiant. Sed si Eusebio fides, Seleucus Callinicus & Ptolemæus Euergetes, hic Ægypto , ille Asia, regnare ceperunt anno II. Olympiadis CXXXIII. qui periodi Iulianæ est MMMMCCCCLXVII. Si igitur in occasione Fœderis suprà non errauimus , quarto vel quinto Seleuci anno seu anno I. vel II. Olympiadis CXXXIV. id initum esse non absurdum erit coniectare. Detur enim Seleucum circa initia anni II. Olympiadis CXXXIII. id est, æstate, regnum accepisse. Auspicia regni à parricidio cepisse scribit Iustinus ; & tam Ptolemæum in sororiam vltionem aduolâsse quam Seleucum postèà aduersus ciuitates quæ defecerant classem comparasse narrat, perinde ac si res, pro incœptorum magnitudine, festinantiùs à neutro geri potuissent. Trinarum autem, quas memorat ille Expeditionum tempora, Ptolemæi scilicet in Seleucum, Seleuci primæ in Ciuitates, secundæ in Ptolemæum, suos (si quod verisimillimum est, id sentiamus) habuere annos saltem singulos. Quod non modò rerum gestarum ratio suadet , sed & vsitatissimus ille tam in Oriente mos quam in Occidente , tum claudendi maris, tum aperiendi. Nam quin maritimæ fuerint illæ expeditiones, nullus dubito. Claudebatur autem mare ab Autumno ad tempus vernum. Verno aperiebatur. De Romanorum in hac re more,Vegetius, alij passim testes. De Græcorum, Hesiodus, Theophastus. De Orientalium autem ipsorumque Syriæ Regum, testimonium in sacris literis perhibetur II. Samuelis cap. XI. 1. & I. Paralipomenon cap. XXI. 1. *Factum autem est vertente anno eo tempore quo solent Reges ad bella procedere*, quod ad mare etiam classibus aperiendum spectat. Neque aliam præter vernam tempestatem ibi denotari vult Rabbi Chimchi quem meritò sequitur etiam magnus Scaliger in prolegomenis ad Canones. In Ebræo tempus illud vocatur עת צאת המלכים *tempus expeditionis* seu *profectionis regum*. Hellenistis ὁ καιρὸς τ ἐξοδίας τῶν βασιλέων. Vere igitur

tur anni II Olympiadis CXXXIII, seu primi Seleuci, Ptolemæus in fororis auxilium cum classe aduolauit. Vere anni III Olympiadis eiusdem aduersus rebelles ciuitates Seleucus classem comparat. Adeò enim acciſæ erant res eius bello Ptolemaico, vt citiùs classem illam comparasse non sit credibile. Eadem anni IV. tempestate, instauratis post naufragium, quod miserè passus est in expeditione aduersus ciuitates, viribus, bellum in Ptolemæum infelicitèr redintegrat. Atque ita necesse est vt Fœdus Anthesterione seu Lenæone, sub Februario scilicet post hasce clades proximo, initum cadat in annum I Olympiadis CXXXIV. Qui ita erit Seleuci quartus. Quod si regnare cœpit ille sub finem anni II Olympiadis CXXXIII. simili ratiocinio, Olympiadis CXXXIV, Secundo, *seu periodi Iulianæ* MMMM-CCCCLXXI, qui ante vulgarem Christi Epocham est annus CCXLIII, tribui possit. Et disertè, hoc forsan calculi genere ductus, Sethus Caluisius vtriusque Regis res gestas ita distribuit, vt vltimam Seleuci cladem quæ Fœdus, vti nostra sententia est, proximè antecessit, quarto eius anno collocet. Annus autem Olympiadis CXXXIV, primus seu quartus Seleuci, est Calippicæ periodi secundæ XI, adeoque secundus duodecimus. Si igitur periodus illa etiam Smyrnæis in vsu fuerit, etiam Anthesterionis seu Lenæonis initium & Finis, in Mensibus Iulianis ad (quod satis est credibile) varias Chronologorum rationes, maximè Scaligerianas, & Petauianas, quorum laterculos consulas, facilè reperiri possunt.

Pag. 26. ἐξεταταὶ] Quæsitores hi erant ad quos rerum repetundarum, interuersæ pecuniæ publicæ, atque aliorum quæ in administratione publica committuntur, criminum iudicium spectabat. Alijs λογισταὶ, εὔθυνοι, σωφρονισταὶ, dicti. Ita Aristoteles Politicorum tertio cap. VIII.

Pag. 26. ὅσοι ἂν ὦσιν ἐλεύθεροι τὴ καὶ Ἕλληνες] De ciuitatis donatione Attica, quæ Ionicæ, seu Smyrnensi, forsan non ita dispar erat, consule I. Meursium de Fortuna Attica, capite V.

Pag. 26. Ἐπὶ τῦ Μητρῴου ἱερῦς πεπαλαυτῶις] Fanum Magnæ Matris seu Metroum in planitie vrbis (nam pars etiam montana erat) memorat Strabo lib. XIV. Super ἱερὰ πεπαλαυτα, quæ etiam ἔμπυα dicta, seu ardentes victimas, & ἐπὶ τομίων seu animalium immolatorum prosecta, aris etiam alijsue sacris siue tactis siue inspectis, solenne gentibus erat erat Iurare, vti Christianis super sacrosancta Euangelia, Cruces, Reliquias sacras. Etiam Ἐμπύρια inde ὄρκος δημόσιος est apud Hesychium. Et Alcidamas ὤμοσε τὸν Ἀπόλλωνα τ δάφνης ἁψάμενος, *iuranit per Apollinem, tacta lauro*, quod habetur ex Nicandro apud Antonium Liberalem in Metamorphosi prima. De varijs iurandi ritibus, consulendi Brissonius in Formulis, Guilielmus Barclaius ad tit. de Iureiurando ff. Thomas Dempsterus & Baptista Hansenius libris de Iuramento, præter Petrum Fabrum in Commentario de Magistratibus Romanis, Danielem Heinsium ad primum Silij Italici & Fredericum Lindebrogium in Glossario, verbo *Iurare*. Adde porrò Philippum Maussacum ad Harpocrationem pagina 243. vbi de iuramento in Agrauli ædibus ab Ephebis præstari solito. Nobis heic, quæ ij adnotarunt, compilare religio est. De Iu-

Iudæorum verò ritu in Iuramentis veteri & ſatis portentoſo, vide quod ex Tabulis Præfectorijs legitur in Iuris Græco-Romani lib. I. pagina 119. Et Turcarum imperator Achmetes Fœdus cum Henrico Magno Galliarum Rege anno MDCIV ictum firmat iuramento *per Veritatem Magni Dei, omnipotentis, creatoris Cœli & Terræ, & per animas auorum ſuorum & proauorum.* Chriſtiani autem aut tangunt plerunque ſacra; aut manum ad pectus admouent, ſuſtollunt, aut protendunt, ſacris inſpectis. Nec diſſimilem fuiſſe gentibus morem, cum non tangebant, æquum eſt vt opinemur. Quæ verò ita ſiue tactis ſiue inſpectis & admotâ, ſublatâ, aut protenſâ manu præſtantur iuramenta, Corporalia dicuntur ſeu Corporalitèr præſtita, vt in C. tit. Si aduerſus venditionem l. 1. & tit. Si minor ſe maiorem dixerit l. 3. Et Cuiacius ad Nouellam LI. de Mulieribus ſcenicis; Corporalitèr, inquit, iurat, qui iurat tactis ſacroſanctis Euangelijs vel manu ſublatâ, quos Balſamo vocat σωματικὸς ὅρκους. Quin vide, ſi placet, Lindunodum noſtrum ad Conſtitutionem *Preſbyteri*, tit. de Iureiurando, verbo *inſpectis*. Et ὅρκον σωματικῶς δίδοναι & σωματικῶς ὀμνύναι eſt Sacramentum corporaliter præſtare Iuriſconſultis Græcis. Conſule Baſilicon eclogam X. tit. XXV. cad. IV. & Harmenopuli Procheiron lib. I. tit. XII. Id ipſum vocabant αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ ἐπομνύναι ſeu *ipſa veritate* aut *reuera iurare* quo nempè corporalitèr iurare diſtinguerent ab eo quod eſt συμβολαίῳ ſiue ἐγγεφύρως ἢ ὅρκῳ βεβαιοῦσθαι pro quo ſub Diocletiano Romæ dicebant *in inſtrumento per ſacramenti religionem adſeuerare*; Vt in lege Codicis penultimò citata legimus. Non enim fiebat reſtitutio in integrum, ſi minor in inſtrumento per Sacramenti religionem ſe maiorem eſſe adſeuerâſſet, niſi palàm ex ipſo inſtrumento conſtitiſſet illum nihilominùs minorem fuiſſe. Sin verò corporalitèr & reuerâ præſtitiſſet de ætate maiori iuramentum, haud reſtituendus erat omninò. De reſtitutionis illa ſeu ἀποκαταστάσεως lege, in dicta Baſilicon Ecloga; Ταῦτα ὅτι ἐπεχείρει τῷ συμβολαίῳ μόνον ὁ ὅρκος, ἀ μὴ σωματικῶς καὶ τῇ ἀληθείᾳ ὤμοσαν ὁ νεώτερος ἑαυτὸν εἰδὼς μείζονα, quod non aliud ſonat quam quod iam diximus. Putarunt igitur Græci Iuriſconſulti Sacramenti religionem inſtrumento inſertam, nec corporaliter præſtitam, non eſſe τῇ ἀληθείᾳ ὅρκον. Certè fidem interpoſitam ſine corporali iuramento, corporali æquiparari, video apud clariſſimum Iuriſconſultum Andream Gaillium quem viſas lib. I. Obſeruationum practicarum CI. & lib. II. obſeruat LIX. Adnotare heic non ingratum, puto, erit, ritum illum Londinenſem veterem, quo, in Iudicijs publicis, ſuper mortuorum tumulos, de eo iurare ſolenne erat quod ipſi teſtarentur mortui, ſi in viuis ſupereſſent. In Tabulis publicis ab Henrico Angliæ Rege III, Ciuibus Londinenſibus confectis, anno eiuſdem Regni LII, die Martij XXVI, leginus. *Conceſſimus eiſdem ciuibus, quod de placitis ad Coronam pertinentibus, de hijs maximè quæ infra ciuitatem prædictam & eius ſuburbium fieri contingent, ſe poſſint diſrationare ſecundum antiquam conſuetudinem ciuitatis prædictæ, eo tamen excepto, quod ſuper tumulos Mortuorum de eo quod dicturi ſunt ſi viuerent, non liceat præcisè iura-*

iurare, ſed loco mortuorum qui ante obitum ſuum electi fuerint ad eos diſrationandos qui de rebus ad Coronam ſpectantibus appellati fuerint, vel rectati alij liberi & legales eligantur qui idem ſine dilatione faciant quod per defunctos memoratos, ſi viuerent, fieri oporteret.

Pag. 27. Κληρωτήρια] Exigit res ipſa vt Sortium Tabulas, quibus eorum, qui in tribus ſortitò cooptabantur, nomina perſcripta erant, heic intelligamus. Nec tamen alibi hac notione vocabulum occurrere memini. Scriptoribus tam pro locis vbi Magiſtratus Sorte creati ſunt, quam vbi eiuſmodi Magiſtratus in theatro ſedere ſoliti, vſurpatur. Item pro Sortium vrnis. Videſis Pollucem lib. IX & X. & Scholia ad Ariſtophanis Eccleſiazuſas.

Pag. 27. Συναλλαγμάτων καὶ ἐγκλημάτων] *Contractibus & actionibus* vertimus. Συναλλάγματα eodem heic ſenſu capio quo apud Ariſtotelem in Ethicorum V. cap. V. vbi in ἑκούσια & ἀκούσια diſtribuuntur & totum illud ſatis comprehendunt, vnde actiones apud Iuriſconſultos naſcuntur, quæ ſiue ex contractu aut quaſi contractu ſiue ex delicto aut quaſi delicto competunt. Etiam tota iuſtitia quæ forenſis eſt ita Συναλλάγμασι nititur. De Ariſtotelis loco conſule inprimis Andronicum Rhodium in paraphraſi lib. V. cap. III.

Pag. 27.] Οἰκίας ὅσων ἂν τῷ δήμῳ δόξῃ] Singularum ædium capacitas fit proùt populo placuerit. Nam à lectorum ſiue diſcubitoriorum ſiue cubicularium numero heic tam ædium capacitas, puto (quæ ſcilicet aut ad contubernalium numerum aut familiarum amplitudinem attinebat) quàm alibi ſæpiùs œcorum & conclauiorum, æſtimabatur. Oecorum æſtimationem huiuſmodi videre eſt maximè in Callixeni & Moſchionis deſcriptionibus nauium Ptolemæi Philopatoris & Hieronis Regis Syracuſani apud Athenæum lib. V. Inde œcus ibi πεντάκλινος, τετρακλίνος & εἴκοσι κλίνας ἐπιδεχόμενος.

Pag. 27. Τῆι Σιπυληνῆι] Vt Mater Deum Berecynthia, Idæa, Phrygia, dicta à locis cognominibus in quibus colebatur, ita Sipylene heic à Sipylo. Sipylus autem mons Phrygiæ paſſim memoratur; Plutarcho de fluminibus in Mæandro, Heſychio, Straboni, & in prouerbio ὅλον τὸ Σίπυλον μετακινεῖν. Atqui & vrbs erat Sipylus Phrygiæ, quod notat Stephanus, nomenque gentile eſſe Σιπυληνὸς & Σιπυληνή. Notat autem ex Hellanici libro primo Ἱερείων ſeu de Sacrificijs Iunonis Argiuæ. Æſchylus item in Niobe apud Straboncm in extremo libri XII. habet Σίπυλον ἰδαίαν ἀνὰ χθόνα *Sipulum Idæo in Solo*. Vrbs ea multis abhinc ſeculis, regnante Tantalo, terræmotu euerſa eſt, vti & complures circumiacentes. At celeberrimam fuiſſe inde liquet quod dum terræmotum hunc memorant Scriptores, Sipyli nomine potiſſimùm deſignant. Ita Strabo lib. I. Quin Ariſtoteles in II Meteorologicorum cap. VIII terræmotus meminit in quo τὰ περὶ Σίπυλον ἀνετράπη *Sipylus euertebatur*. Σίπυλον ibi malè habet Commentarius Alexandri Aphrodiſienſis. Sed peius multò facit vir doctus qui φλεγραῖον πέδιον *Phlegræum campum* eo in loco Sipylum à Philoſopho appellatum in Theſauro Geographico ſcribit. Non minus campum à Sipylo quam regionem Liguſticam diſtinguit ibi Ariſtoteles.

Pag. 27. Ἀπολλὼ ἡ ἐμὶ Πάρδοις] Nec de

de Apolline in Pandis alibi legi nec de vllo loco qui Pandi aut Panda dictus præter Sogdianorum (qui ſub alio Cœlo locati) oppidum quod Panda vocatur apud Plinium lib. VI. cap. XVI. & Solinum cap. LII. Fieri ſanè potuit vt etiam inde nomen in Ioniam deduceretur. Altaria enim ibi conſtructa ſunt, non ſolùm à vetuſtiſſimis illis, Hercule, Semiramide, Cyro; ſed etiam ab Alexandro magno, velut trophæa metarum imperij eouſque promotarum; eaque, vt videtur, Apollini. Ita enim coniectura eſt ex altaribus quæ eidem Numini Iaxartem fluuium poſtcà tranſuectus, Demodamas Seleuci & Antiochi Dux Apollini ſtruxit, vt terminorum ſcilicet imperij prolationis inſignia. Sed vltra quid heic affirmare planè nugari eſt, ſi hoc non eſt.

Pag. 27.] *Καὶ τὲς ἄλλυς Θεὲς πάντας καὶ πάσας*] Poſt inſigniorum Numinum nomina, per omnes ita generatim iurabant, idque ex ritu Pontificio paſſim ſeruari ſolito. Exempla ſunt apud Homerum & Virgilium ad cuius Georgicorum initium, *Poſt ſpecialem*, adnotat Seruius, *inuocationem tranſit ad generalitatem ne quod numen prætereat. More Pontificum per quos ritu veteri in omnibus ſacris poſt ſpeciales Deos quos ad ipſum ſacrum quod fiebat neceſſe erat inuocari, generaliter omnia numina inuocabantur.* Vide, ſi placet, ius iurandum quo fœdus iniere Carthaginienſes & Philippus Macedonum Rex apud Polybium lib. VII. & fragmentum Fœderis in Creta effoſſi apud Ianum Gruterum pag. 505.

Pag. 27.] *Καὶ τ᾽ τ᾽ βασιλέως Σελεύκυ πόλιν*] Mos inualuit in Oriente iurandi ſæpiùs per Fortunam, Salutem, Vitam, Caput Principis. Neque inter hæc in Gentilitatis Theologia diſcrimen erat. Vetuſtiſſimum eſt exemplum in Geneſeos cap. XLII. Vbi Ioſepho חי פרעה, *viuit Pharaoh*, ſeu *per vitam Pharaonis*, ad Ebræorum &, qui cognatas habent linguas, morem adiurandi profertur. Nec aliter tranſtulit Aquila quam per *ζῇ φαραὼ* vt & hodie Galli *vive Pharaoh*. Atcui ſenioribus redditur, *Νὴ τὴν ὑγιείαν φαραὼ*, *Per ſalutem Pharaonis* quod retinet Latina. Nam viuere etiam eſt valere, lætari, fœlicem eſſe. Vetuſtiſſimum autem Geneſeos exemplar Ms. in bibliotheca Cottoniana habet ibi, *Μὰ τὴν ὑγιείαν φαραώ*. Iurat etiam Vrias Dauidi Regi חייך וחי נפשך *per vitam tuam & per vitam animæ tuæ*, ſeu *per ſalutem tuam & ſalutem animæ tuæ* vt in Latina editione. Habetur II. Samuelis cap. XI. comm. 12. Et de capite Regis teſtatur R. Abenezra in Decalogum. Vbi eum capite plectendum, etiam ſuo æuo, ſcribit fuiſſe qui apud Ægyptios בראש המלך *per caput Regis* peieraucrat, nec tanto auro, quantum ipſe pendebat, redimendum. Sed hæc omnia in *τὴν τύχην*, pro veterum ritu, recidunt. Et Iuramentum ita præſtitum *ὅρκος βασιλικὸς* dictum videtur, ſaltem in Armenia. Adi Strabonem lib. XII Vbi defano Pharnacis menſis. Manauit mos ex Oriente ad Romanos. Decreuerat Senatus Iulij Cæſaris *τὴν τύχην ὀμνύναι* quod ſcribit Dio lib. XLIV. Eo occiſo, populus Antonij oratione de eius dignitate habita (vt fit) irritatus percuſſores furibundè quæſitum it & Senatores incuſat quod paſſi eſſent eum virum interfici, pro quo, vti quotannis publicè vota concipercntur, decreuiſſent

uiſſent καὶ τὸ τ τὴ ὑγιείαν τ τὴ τύχην ὄμνυσαν *& per cuius Salutem & Fortunam iuraſſent.* Ex Decreto erat quod iurabant. Atque inde indiſcriminatim per Salutem iurabant & per Fortunam. Honor hic qui in iuramentis tributus eſt Iulio, manſit etiam Auguſto; ſed à Tiberio vetitus eſt, poſteà redivivus. Videſis Dionem lib. LVII. de Tiberio. In Epiſtolæ item Stationariorum Tyriorum, Puteolis ad Tyrios ceteraſque Phœniciæ ciuitates ſub Antonino Philoſopho ſcriptæ, fronte legitur Διὰ τὸν Θεὸν καὶ τ τ κύριν ἡμῶν αὐτοκράτορ τύχην, quod videre eſt apud Ianum Gruterum, in Inſcriptionum corpore, pagina 1105. Et Ariſto medicus, qui Romani martyris linguam Aſclepiadis iuſſu ſub Galerio Imperatore exſecuerat, accuſatus (cum elinguis martyr ſummum Dei veri Optimi Maximi poteſtatem verbis, vt ſcribunt, copioſe proferret) quòd mercede ductus colluſiſſet nec linguæ neruos omnes abſcidiſſet,

Teſtor, inquit, *Salutem Principis, me ſimplici*
Functum ſecantis arte, iudex optime,
Seruiſſe iuſſis abſque fraude publicis.

Ita Prudentius Peri Stephanon hymno X. Inhumanitèr autem aliquos plectebat Caius quod nunquam per Genium ſuum deierâſſent, teſte Suetonio capite XXVII. Ita Genius ſeu δαίμων idem cum Fortuna æſtimatus. Nam & εὐδαιμονία *Virtus cum Fortuna coniuncta* rectè Ciceroni redditur. Conſule, ſi placet, V. Cl. Danielem Heinſium ad Heſiodi opera & dies cap. XVII. Quin Plutarchus in præceptis politicis, Οἱ μεγάλοι, inquit, δαίμονα καὶ τύχην τοῖς κατορθώμασιν συνεπιγράφουσι, *Magni viri rebus præclarè geſtis Genium & Fortunam, vt autores, ſecum inſcribunt.* Et in exemplis quæ adducit vtrunque confundit. Sed & tam Partis ſeu Sortis δαίμων ſeu Genij quàm aliarum complurium Sortium, quæ in vſu erant, veteribus Aſtrologis, vnica Fortunæ ſors (de qua ſuprà) Ptolemæo & ceteris pleriſque, ſi Arabas & eorum ſequaces excipias, vices ſuſtinet. Per Genium autem Principis iurandi mos diù poſt Tiberium renatus, durauit. Vide acta Martyrij S. Polycarpi apud Euſebium hiſt. Eccleſiaſt. lib. IV. cap. XV. Et Vlpianus L. 13. ſi duo D. tit. de iureiurando §. 6. *Si quis iurauerit in re pecuniaria per Genium Principis dare ſe non oportere & peierauit, vel dari ſibi oportere, vel intra certum tempus iurauerit ſe ſoluturum, nec ſoluit, Imperator noſter cum patre reſcripſit fuſtibus eum caſtigandum dimittere & ita ei ſuperdici* περιττῶς μὴ ὄμνυε i. *petulanter ne iurato.* Nam peierantibus per Principis Fortunam pœna erat quam ſuſtulit ſuo tempore Tiberius vti eſt apud Dionem; minuit etiam ita Alexander Seuerus, vt, qui, calore animi, non conſultò peierâuerat, is minimè puniretur. C. tit. de rebus creditis L. 2. *Periculum corporis vel maieſtatis crimen* (ait Imperator) *ſecundum conſtituta Diuorum parentum meorum, etſi per Principis veneratione quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet.* Ita id quod primo in Iuramentis Fortuna, Salus, Genius erat Principis, in *Venerationem* etiam interdum immutabatur, vti poſteà in *Maieſtatem* (quod videre eſt apud Vegetium de re militari lib.

lib. II. cap. V.) item & in *ipsum Principem* per quem non tam vt fidei testem quam vt perfidiæ vindicem deierare in more positum erat etiam Christianis, qui nec *tam per creaturam iurabant quam per auctorem creaturarum, nec in creatura aliud quam creatorem ipsius venerabantur*, quod ait Gratianus C. XXII. q. 1. c. 16. Et quemadmodum in dignitate seu potestate principum exprimenda, Maiestas, Serenitas, Perennitas, & quæ sunt eiusmodi in codice vtroque alibíque, ita forsan in votis de eorum felicitate (qualia eiusmodi iuramenta sunt) Salus, Vita, Fortuna, Genius, ipsas principum personas, reuera denotabant. Exemplum fortè deductum est ex sacris literis vbi *per sanctitatem Dei*, atque id genus alia pro Deo ipso vsurpari notant viri docti. Vide Amosium prophetam cap. IV. & I. Drusij lib. XIV. Obseruat. cap. XV. & σεῖ γ δόξας τῦ Θεῦ, seu *Maiestate Dei* apud Hellenistas ad eam rem & doctissimè & ingeniosissimè magnus Heinsius in Aristarcho Sacro Exercitatione XV. At verò salus Principis Christianis ita discriminabatur à Genio, seu Fortuna, vt per hosce iurare nefas, per illam fas fuerit olim æstimatum. De Fortuna, vide Acta quæ diximus martyrij S. Polycarpi. De Genio, Tertullianus Apologetici cap. XXXII, *Sed & iuramus*, inquit, *sicut non per Genios Cæsarum, ita per Salutem eorum quæ est augustior omnibus Geniis. Nescitis Genios dæmones dici & inde diminutiua voce dæmonia. Nos iudicium Dei suspicimus in Imperatoribus qui gentibus illos præfecit? Id in eis scimus esse quod Deus voluit, ideoque & saluum volumus esse quod Deus voluit & pro magno id iuramento habemus. Cæterum dæmonas, id est Genios, adiurare consueuimus vt illos de hominibus exigamus, non deierare vt illis honorem diuinitatis conferamus.* Et vbi Arcadius & Honorius Imperatores rescripserunt, eos qui XXV annis maiores aduersus pacta vel transactiones libero arbitrio confectas & inuocato Dei Optimi Maximi nomine firmatas veniendum putauerint, infamia inuri, & emolumento quod ex pacto fuerint consecuti prorsus carere; eiusdem etiam legis pœnæ subijciunt eos *qui* (vt rescripti verba sunt) *nomina nostra placitis inserentes salutem principum confirmationem initarum iurauerint esse pactionum*, quod legimus C. tit. de transactionibus l. 41. Si quis, & C. Theodos. lib. II. tit. IX. Vbi vetus Scholium eiusmodi iurantes esse eos ait qui *Dominorum nomina coniurant, placitis inserentes, diffinita implere neglexerint.* Sed lege *Cum iurant, placitis &c.* Ita emendo ex Ms. codice Theodosiano quem breuiario suo ante D. annos de Romanis Imperatoribus ex Haymone Floriacensi confecto intexuit Guilielmus Monachus Malmesbriensis. Cæterùm pro *nomina nostra* veteres Orientis Iurisconsulti *numina nostra* proculdubio exemplaribus suis ibi legêre. Vertebant enim οἱ τὰς ἡμετέρας θεότητας τοῖς συμφώνοις ἢ ταῖς διαλύσεσιν ἐπιθέντες. id est, *qui numen nostrum pactis aut transactionibus inserentes &c.* Vide Eclogam Basilicon lib. XI. tit. II. cap. XLIX. Item Marcellinus in causa Donatistarum, *per admirabile mysterium*

Trinitatis, per incarnationis dominicæ ſacramentum & per Salutem ſupra memoratorum principum (Honorij & Theodoſij) *ſecundum allegationes partium ſe iudicaturum promittit* in Collationis Carthagine habitæ primæ capite quinto. De iureiurando huiuſmodi per Principem locutus eſt Athalaricus Rex, literis ad populum Romanum. *Ecce,* inquit (apud Caſſiodorum Variarum VIII. formula III.) *Traiani veſtri claris ſeculis reparatum exemplum. Iurat vobis per quem iuratis. Nec poteſt ab illo quiſquam falli quo inuocato non licet impune mentiri.* Et Conſtantinus Harmenopulus, qui ante quingentos fermè annos Theſſalonicæ iudex floruit, in Prochiri lib. I. tit. VII. Οὐδεὶς χῖ τῦ Θεοῦ ὀμόσας κινδυνεύει· ἱκανῶ γὰρ ὁ ὅρκω ἔχει πρωρὸν τὸ θεῖον, εἰ χῖ τῦ Θεοῦ γένοιτο. Εἰ δ χῖ βασιλέως κατά τινα θερμότητα ὄμοσέ τις, συγχωρεῖ. Ὁ δὲ χρήμασι χῖ τῦ βασιλέως ὀμόσας χ ὑποχρήσας ῥοπαλίζε. Ὁ ἐν δικαστικῆς ψήφε ἢ ἐξ αἰτήσεως τῦ ἀντιδίκε ὅρκον ἐπέχων ἐπ' ἐκκλησίας τῶ ἁγράντων ἐφαπλώμω εὐαγγελίων· ὑπορκεῖν δ μ ταῦτα ἐλεγχθείς, γλωσσοκοπείω. τὸ αὐτὸ χ ἐπὶ μαρτύρων. *Nemo qui per Deum iurat, periclitatur. Sufficit enim iuramentum vindicem habere Deum, ſi per Deum præſtetur. Quod ſi quis per Principem* (*per venerationem Principis* habet Ioannis Merceri verſio) *animi calore motus iurauit, veniam conſequitur. Qui in re pecuniaria per Principem* (*per Genium Principis* ſubſtituit heic Mercerus) *iurauerit & peiurauerit, fuſtigatur. Qui verò ſiue ex ſententia iudicis ſiue aduerſario poſtulante iuſiurandum in eccleſia præſtiterit ſacroſanctis tactis euangeliis, ei periurii poſtea conuicto lingua exſcindatur. Idemque in teſtibus obſeruetur.* Verba vſque ad ῥοπαλίζε excerpta ſunt ex Baſilicis. Videſis Theodorum Balſamonem ad Photij Nomocanonem tit. XIII. cap. XVIII. Eclogas Baſilicon lib. LX. tit. XXX. Cuiacium obſeruat. lib. II. XIX. Cætera Harmenopuli ferè in Ecloga Leonis & Conſtantini Imperatorum habentur tit. XXVIII. & apud Michaelem Athaliatam in Synopſeos titulo XVIII. Sed de diſcrimine Iuramenti quod per Deum & quod tactis euangelijs præſtatur, vide illud D. Chryſoſtomo tributum C. XXII. q. I. C. II. & Sententiarum lib. III. diſtinct. XXXIX. cap. V. & ibi magiſtros. Sed hæc obitèr. Ceterùm non modò per Salutem principum ſed etiam per ſuam litigantes ex præſcripto legis iurabant. Vti & vetuſtioribus æuis per Capita, Oculos, & huiuſmodi, tum ſui tum parentum ex more paſſim iurabant, non alitèr ac Hiberni hodie per manus ſiue parentum ſiue Domini. Videſis Briſſonium Formularum lib. VIII. De litigantibus verò per Salutem ſuam iurantibus, conſule ſis Vlpianum ff. tit. de Iureiurando l. 3. §. 4. l. 5. & 33. Quin leginus in Baſilicon Eclogis lib. XXII. tit. V. cap. XXX. Ὁ χῖ τ ἑαυτῦ σωτηρίας ὀμνὺς δοκεῖ μ ὀμνύειν χῖ τῦ Θεοῦ, quod tranſlatum eſt à Græcis Iuriſconſultis ijſque Chriſtianis æui medij ex illis Vlpiani verbis loco iam vltimo citato. *Qui per ſalutem ſuam iurat, per Deum iurare videtur. Reſpectu enim diuini numinis ita iurat.* Et Syneſio non infrequens eſt in epiſtolis, iurare μὰ τ ἐμὴν σοῦ κεφαλὴν χ τ τῶν παίδων μοῦ σωτηρίαν, *per ſacrum tuum caput & per liberorum*

berorum meorum ſalutem. Vide epiſtolas eius XLIX, XCV, CIII, alias. Nec aliud puto voluit quam per Salutem ſuam aut Caput iurare Coſmas ſub Alexio Comneno Patriarcha Conſtantinopolitanus, cum per ſuum nomen iurabat nolle ſe patriarchali ſede ſecedere niſi Irene Imperatrix ſuis manibus inſigniretur. Anna Porphyrogenneta in Alexiados lib. III. Τὼ ἰδίαν ἐπομοσάμβρον κλῆσιν φησι πρὸς αὐτοῦ νὴ τ Κοσμᾶν, εἰ μὴ διὰ τῆς ἐμῆς χειρῶν ἡ Εἰρλνὴ τὸ στέφος ἀξιώθη, τὸ ἀρχιερατικοῦ θρόνυ ἐκ ἀποστήσομαι quod idem ſonat. Et per vitam ſuam iurat Auicenna Arabs lib. de Almahad cap. III. Videſis item Balſamonem ad canonem XCIV. Synodi in Trullo. Idem autor τὼ ἐξωμοσίαν ſeu iuramentum Epiſcoporum Ægypti quod fideiuſſionis vicem ſupplebat, in Synodi Chalcedonenſis canone XXX. ita interpretatur vt eam eſſe dicat τὸ εἰς τ κεφαλὼ τῦ βασιλέως ἢ εἰς τ οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι πνὰ, *per Imperatoris caput, vel ſalutem ſuam quempiam iurare.* Sed Zonaras ibi, per Imperatoris Caput, & Salutem eius ipſiuſque iurantis iurare, ἐξωμοσίαν eſſe notat. Obtinuit etiam mos per Filiorum Regis Vitam iurare. Sed in Occidente, lege ante annos DCCC lata, huiuſmodi iuramenta vetita ſunt atque inde puto in iudicijs exoleuerunt. In Occidente dico. Nam in Oriente diutiùs manſiſſe ſcimus ex Græcis Iuriſconſultis. Lex eſt *Vt nullus præſumat per vitam Regis & filiorum eius iurare.* Habetur in Capitulis Karoli & Ludouici lib. III. tit. XLII. & Legum Longobardorum lib. III. tit. XXIV.

Pag. 28. Ἐφιορκοῦντι ἡ ἐξώλεια κὴ ἀυτῷ κὴ γένει τὸ ἐξ ἐμοῦ] Imprecationes eiuſmodi, diræ, ſeu ἀραὶ, ſatis ſunt frequentes apud veteres. Et Cicero de legibus lib. II. *Periuris pœna diuina exitium, humana Dedecus.* Vnde & Diagoras ille ἀδικηθεὶς ὑπό τινὸς ὤμοσε μὴ δὲν ἔσεσθαι τῦ πάσχοντος μηδὲν ἔνεκα τῦ παθόντος μεθήρμοσε εἰς τὸ λέγειν μὴ εἶναι Θεούς, quæ verba ſunt Sexti Empirici aduerſus Mathematicos libro VIII. Iuriſiurandi autem formulam cum adiecta imprecatione & vetuſtiſſimam & horrendam ſubiungo ex Vettij Valentis Antiocheni nondum typis vulgati Scriptoris, Floridorum ſeu Anthologiæ lib. IV. Vbi fratrem & cæteros omnes qui libro ſuo apoteleſmatico initiandi erant, ita adiurat; Ορκίζω σε, ἀδελφέ μου πρωτότοκε κὴ τοῦ μυσταγωγός μου ταύτης τῆς Ϛωτάξεως, ἐφ' ὅσον μὲ ἀσπρίκτον κύτος κὴ ☉ δυσκαθεκάζωδον θ τὲ κὴ ☽ κὴ τοῦ ε πλανήτας ἀστέρας· δι' ὧν ὁ πᾶς βίος ἡνιοχεῖται, αὐτίκα τὸ πρὼ Γρόνοιαν κὴ Γεραναγκλω, ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα Ϛωτηρῆσαι κὴ μὴ μεταδοῶναι πῖς ἀπαιδεύτοις εἰ μὴ τοῖς ἀξίοις κὴ δωαμένοις διαφυλάξαι καὶ ἀμείβεσθαι δικαίως αὐτῷ τὲ ἐμοὶ Ουάλεντι τῷ εἰσηγησαμένῳ ἀείμνηστον κὴ ἀγαθὸν φάρμακον ἀποτέμειν· κὴ μάλιστα ὀφείλοντας τὸ ἄφθονον κὴ τὸ τῆς ἀληθείας μέρος ὡς ὑπὸ ἀδελφὸς ἀνδρὸς ὀφειλόμενον αὐτὸς ἐφύτρα· μὴ ἢ παρέντας τὸ ἐμὸν ὄνομα ἑτέρους ἐπισφέρειν ταύτῃ Ϛωτάξει· μὴ ἢ λωβῆσαι πνὰ τῶν ἐγγεγραμμένων ἢ μελλόντων λέγειν πρὸς τὸ ἀθετῆσαι τοῦ ἐντυγχάνοντας· κὴ μὴ φόνον ἐπινέγκαι. Καὶ ταῦτα μὲ διαφυλάξειαν οἱ ἐφημερηδρόμοι Θεοὶ πάντες ἐμμενεῖς ἔσονται κὴ βίῳ εὐπαθὴς, καὶ καταδύμῳ λογισμῷ Ϛωτέλεια. Ἐπορκοῦσι ἢ τὰ ἐναντία. μὴ τε γῆ βατὴ. μὴ τε θάλαττα πλωτὴ. μὴ τε τέκνων ἀποφά. τυφλός τε νοῦς κὴ παιδοκτόνος ὑπάρχων, ἀχήμονα βίον κὴ ἀνεπίδικτον ἀγαθῶν ἐπάγοι. Ἐὰν ἢ πῖς κὴ μὴ θάνατον δῷ κακῶν τε κὴ κακῶν ἀμοιβὴ, κάκεῖ τῆς ὁμοίων μετοχέοιεν. Videſis Iulium Firmicum

micum Matheſeos lib. VII. in initio. Præter diras eiuſmodi gentibus vſitatas (quæ obuiæ ſunt apud rituum veterum conſarcinatores) Vide eas quæ Iudæorum Conſtantinopolitanorum iuramentis adiectæ erant ex tabulis præfectorijs, in Iuris Græco-Romani lib. I. pag. 119. De ijs etiam quæ Chriſtianis olim in vſu, conſulas Nouellam VIII. Adde Durandi ſpeculum tit. de Iuramento calumniæ §. 2. Diræ autem illæ horrendæ in Nouella VIII, etiam ante Iuſtiniani ævum vetuſtæ erant & ſolennes, vt in tremendo, ſcilicet, die Iudicij periurus haberet portionem Iudæ, lepram Gehezi, & tremorem Caini. De hiſce enim ipſiſſimis loquitur Procopius in arcana hiſtoria, ἀφῆς τε πάσας, inquit, ἐπίδηλον, ὅπῃ φῶς ἢ πλημμελούντων ἀπομαμάξεται εἰσιν quod *Diris omnibus more maiorum denouit* non malè vertit Nicolaus Alemannus. Diras ſcilicet congeſſit eas omnes quæ veteribus ſolennes habitæ. Iuramenta autem per corpora cœleſtia ſolenniter præſtita, vti apud Vettium noſtrum per Cœli Syſtema, Zodiacum, Lunam & quinque planetas ceteros (adiectis item Prouidentia & Fato) ſatis rarò occurrunt in ſcriptis veterum. Certè in Mahumedis Alcorano aliquoties eiuſmodi habemus formulas. Azoara XCV (vt Latinæ editionis numeri dicunt) ſeu Alburochu, legimus ואלשמא ראת אלברוג quod *per cœlum ſigniferum* vertit Retinenſis. Vbi paraphraſtes Arabs, qui Mahumedicis explicationibus in ipſo contextu interſertis, verba Alcorani, lineis miniatis notata, interpretatur, habet אלבראבב אתני עשר ברגא תקדמת פי אלפרסן *Sydera* XII *antiquitus delineata in Alphurcan* ſeu *Alcorano*. Alia ad genus occurrunt in Azoaris XCVI & LXIII. Vbi *per Stellam Veſpertinam* iuramentum concipitur. Et in Azoara XCIX ואלפגר ſeu *Per Auroram*, אי (inquit Paraphraſtes ille) פגר כל יום *id eſt per auroram diei cuiuſlibet*. Azoara item LXVI, quæ LVI eſt in Arabico, legimus. *Per loca occaſus ſtellarum quod magnum ſapientibus eſt Sacramentum, hic Alchoran optimus a Rege mundi compoſitus eſt.* Id tamen (quod obſeruauit nobis V. Cl. & doctiſſimus Guilielmus Bedwellus) Arabicis minimè conuenit. Nec magis conueniunt quam plurima alia quæ in Latina illa verſione veteri obtruduntur. In Arabicis autem legitur לא אקשם בואקע אלנחום ואנה לקשם לו העלמון עטים id eſt, *Ne iura per occaſus ſtellarum. Nam illud iuramentum, ſi noueritis, magnum eſt.* Sed vetuſtiſſimum penes me exemplar Latinum non aliter eo loco ſe habet quam codex editus. Binis autem, quibus vtor, exemplaribus Arabicis, ea quæ tranſcripſimus verba locum illum occupant. Alias in Alcorano iurandi formulas ſatis portentoſas vide Azoara LXXXV. LXXXVII. XCV. XCVI. XCIX. & C. Adde Alcorani Epitomes veteris orationem quartam. Et de Periurorum pœna vide Azoaram LXVIII. Sed iuramentis, quæ indicauimus, ipſum Deum Optimum Max. plerunque vſum eſſe impiè innuit impoſtor ille qui Alcoranum conſarcinauit.

Pag. 30. Μαγνησία τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ] Duplex Magneſia. Ad Mæandrum fluuium vrbs altera erat, ad Sipylum montem altera. Neutrius eſt infrequens mentio apud autores vtriuſque linguæ. Meoniæ vrbs vtraque. Hæc autem

autem illâ multò Septentrionalior.

Pag. 20. Ἐν τῷ τοῦ Ἀρτέμιδος τοῦ Λευκοφρυήνης ἱερῷ] Ita populus alter in alterius Numinum fanis Fœdus ex pacto collocabant. Ideò autem hiatum Leucophryenes nomine ſuppleuimus quòd tum elementorum numerus haud impar fuerit tum quia Diana Leucophryne ſeu Leucophryne dicta impenſè Magneſiæ culta eſt, Strabone teſte. *In ea quæ hodie extat vrbe* (inquit lib. XIV. de Magneſia locutus) *fanum eſt Dianæ Leucophryenæ quod magnitudine quidem Templi & donariorum multitudine Epheſio cedit. Concinnitate autem & artificioſâ delubri ſtructura longè illud ſuperat. Magnitudine etiam omnia Aſiatica ſuperat duobus exceptis, Epheſio & quod Didymis eſt.* De fano huius Deæ, quod nempe pſeudodipteron erat, volumen conſcripſit Hermogenes. Vitruuius in procœmio libri VII. *Edidit volumen Hermogenes de æde Dianæ Ionia, quæ eſt Magneſiæ Pſeudodipteros.* Et Magneſiæ Dianæ nomine culta eſt, non diſſimili fano, Alabandi, quæ Cariæ vrbs erat, quod teſtatur idem lib. III. Dianæ Leucophrynes meminêre Tacitus, Clemens Alexandrinus, Arnobius. Videſis Lipſium ad Taciti Annalium lib. III. Commentario 121. Sed non minus Leucophryene, vt in vetuſtis aliquot Strabonis exemplaribus, quam Leucophryne dicenda eſt. Apud Magneſios magis Leucophryene. Nam in Numiſmate Marciæ Otacillæ Seueræ Aug. Philippi Auguſti vxoris nomine inſignito legitur (ſi Occoni fides) MAΓNHTΩN ΛΕΥΚΟΦΡΥΗΝΗ. A Leucophrynes neſcio cuius funere nomen petitur ab Arnobio & Clemente. Famam eius etiam Aſylum erat, teſte, loco quem diximus, Tacito. Leucophryenem notari Dianam figurâ Dianæ nudæ arcitenentis in æreo Elagabali numiſmate cui inſcribitur ΕΠΙ..... ΜΑΓΝΗΤΩΝ vix eſt cur dubitemus. Idem dicendum de Maximini illo cuius pars altera Iulium Verum F. exhibet, altera verò ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ.

Pag. 30. ΔΙΟΝΥΣΟΥ] Diſrupto heic Marmore, elementorum ductus fermè diſparuere. Sed ex apicibus reliquis non eſt difficile hanc lectionem elicere.

Pag. 30. Σπυροφαγισάδων] vetuſtiſſimus eſt Sigillorum in Oriente vſus, tametſi ante Iliaca tempora non annulis, id eſt, ſigillis, ſed nodi notâ Epiſtolas, alia claudi ſolita vult Plinius. Vide eum lib. XXXIII. cap. I. ſed conſule Geneſcos cap. XXXVIII comm. 18. Exodi cap. 28. 11. & 36. I. Reg. cap. XXI. 8. Danielis VI. comm. 17. Ieremiæ cap. XXXII. 11. Eſther cap. III. 12. Tobit cap. VII. comm. 14. præter hiſtoriolam Beli & Draconis. Adde Ioſephum Scaligerum in Elencho trihæreſij Nicolaij Serrarij cap. XI. Ante Sigillorum inuentionem aiunt Græci nonnulli, eorum vice in vſu fuiſſe virgulas ſeu aſſerculos à cimicibus variatim irroſos. Iſacius Tzetzes, ad illud Lycophronis

Τὰ ᾗ ἄλλα θριπόβρωτα ἄφωνα δόμων
Σφράγις δοκεύσει

Reliqua vero vermiculis exeſum, intactum ædium Sigillum obſeruabit aut

Intacta vermiculata claxendix domos
ſeruabit alias——

Vt vertit Ioſephus Scaliger; πρὶν γὰρ, inquit ibi Tzetzes ἐυρεθῶσι τὰς σφραγίδας οἱ παλαιοὶ ἐσφράγιζον ξύλοις ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένοις διὰ τὸ αὐτὰ πολυκέντητα εἶ), *priuſquam ſigilla reperta ſunt veteres ſigillabant lignis cimicibus irroſis eo quod plurima eis inerant puncta.* Quaſi verò ſeculum eiuſmodi vnquam fuiſſet in quo Cimices tantum ſiue foramina ſiue lineas qualitercunque ductas ligno incîdebant, homines verò adeò ſtupidi vt incîdere non poſſent. Atqui etiam eiuſmodi virgulas ſeu aſſerculos Sigillorum officium ſæpiùs præſtitiſſe forſan non eſt ónbitandum. Etiam nunc fortè interdum præſtant. Ideone vero alia ſigilla nondum inuenta? Et intelligendus ſanè Lycophron potiùs ac ſi vetuſtatem duntaxat (cuius caries comes eſt) in ſigillo notaſſet. Videſis autem Ammonium & Heſychium in Θριπόβρωτος & Suidam in Θριπόβρωτον. Herculem eiuſmodi Sigillo Cimicibus exeſo primò vſum eſſe ait Philoſtephanus apud Heſychium. Ceterum ars etiam ſculptoria cum ſigillorum confectione ſpeciatim occurrit in ſacris literis, idque ſeculis plurimis ante quidpiam memoriæ, de Græcorum moribus, traditum Exodi cap. XXVIII. commate 11. פתוחי חתם quod *cælatura gemmarij* antiquitùs vertitur, Senioribus ſeptuaginta eſt γλύμμα σφραγίδος *cælatura Sigilli.* Et Munſterus ibi, quem recentiores plerunque rectè ſequuntur; *Opere gemmarij & qui ſigilli cælaturas facit ſculpe duos lapides &c.* Conſulas etiam Exodi cap. XXXIX. Neque infrequens eſt vocabuli חתם, pro eo quod eſt *ſigillare*, metaphora in veteri Inſtrumenta, vnde & ſigillorum in Syria vſus frequentia ſatis manifeſta eſt. Sed Plinius annulos Sigillaritios (vt Vopiſci verbo vtar) in deſuetudinem maximè in Oriente poſtmodùm abijſſe ſcribit. Libro XXXIII. cap. I. *Nullos*, ait, *omnino annulos maior pars gentium hominumque etiam qui ſub imperio noſtro degunt hodie habent. Non ſignat Oriens aut Ægyptus etiam nunc literis contenta ſolis.* Sed de veterum Perſarum Sigillis, vide excerpta de Legationibus ex Menandro pag. 296. Editionis Latinæ, 1609.

Pag. 30. Καὶ τῷ ἱεράρχοντι κοινῷ] Commune igitur Magnetum ſuum habebat ſigillum; ita etiam Smyrnæorum Ciuitas; vti & æuis citerioribus paſſim Corpora & Collegia. Sed de ſigillo Communis alicuius populi alio in loco qui non fuerit plurimis ſeculis Marmore recentior, legiſſe me non memini. Etiam & ſigillum hoc δακτύλιος dictum à pari, vti par eſt exiſtimare, forma cum ijs qui perſonarum ſingularum digitis geſtabantur. Ideoque etiam curioſuſis nonnullis æui noſtri, qui omnia purioris æui ſermone pronuntiare ſtudioſiùs quam par eſt, cupiunt, Annuli Sigilla ſunt principum, tametſi reuera non ſint annuli ſed craſſiores laminæ nihil omninò annuli præ ſe ferentes.

Pag. 31. Παλαιμαγνησίαν] Quod Palæmagneſia, ſeu *vetus Magneſia* dicitur non aliud puto fuit quam ſiue Caſtellum ſiue Vibecula in ea planitiei, cui Thorax mons immminet, parte ſita, vnde Magneſia Ciuitas quæ tunc floruit & Fœdus percuſſit in alium eiuſdem planitiei locum tranſlata eſt. Strabo de Matris Dindymenes fano in veteri Magneſia & Thorace monte verba faciens lib. XIT, νῦν δ' ἔστιν, inquit, τὸ ἱερὸν διὰ τὸ τὴν πόλιν εἰς ἄλλον μετωκίσ-

θαι.

ἐκ τέτων. Ita Scepſis & Palæſcepſis vrbes erant vicinæ in Phrygia & Myſia, ita Byblos & Palæbyblos in Phœnicia. Et ſunt id genus aliæ. Palæmagneſia igitur aut ſui plane iuris erat, aut ita ſaltem Magnetum, qui Fœdus cum Smyrnæis percuſſerant, imperium detrectabant, vt, icto Fœdere, Seleuci maieſtati haud ſatis proſpexiſſent Smyrnæi niſi ſingulari legatione etiam hoſce ad illius amicitiam ſeorsìm inuitâſſent.

Pag. 32. Δεκατεύτας] Prædia illa ſeu fundi bini, χλῆροι dicti, Palæmagneſiæ incolis à Seleuci deceſſoribus aſſignati (de quibus nemo fruſtrà expectet vt plura cognoſcere videamur) Decima immunes erant, id eſt, annuo cenſu qui ſiue iure tunc vſitato, ſiue pacto conuento, præſtari ſolebat, vbi priuilegium aberat. Ita agri aſſignati, Romanis olim omni munere & collationis onere vacui erant L. 3. C. de fundis Limitotrophis. Duplex autem plerunque erat veteribus Græcis Decimarum, quæ, vti prouentus publicus, pendebantur, genus. Portoria ſeu nauium aut rerum importarum & exportarum vectigalia, alterum erat. Ea quæ colonorum agri ſiue Scripturarij ſiue Satiui reddebant, alterum. Decima, quæ portorium erat, memoratur Demoſtheni in oratione contra Leptinem quæ & ἀπὸ ἀπλείων nominatur. Archebius & Heraclides, inquit, Byzantium Thraſybulo tradentes χωρίς ὑμᾶς ἐποίησαν τῶν Ἑλλησπόντου ἅπαντα τὰ τῶν Δεκάτων ἀποδόσθαι *dominos vos* (Athenienſes) *fecere Helleſponti, adeo vt decimis inde frueremini.* Vbi Vlpianus adnotat; Δεκάτων ἐκάλουν τῶν φορτίων τῶν ἐμπόρων τὰ ἑλλησπόντου ἐλάμβανον, *Decimam negotiatorum mercium in Helleſponto accipiebant.* Et Publicanus qui Decimam hanc colligebat Δεκατευτὴς & Δεκαπλόης dictus, vti & Arabibus עשאר eadem notione quod alicubi item legiſſe me memini, & העשאר pro ipſo vectigali. Vide Harpocrationem & Suidam. Addeſis Ioannis Meurſij Atticarum lectionum lib. III. cap. II. Neque hæc decima rarò occurrit. Alterum genus quod hùc ſpectat meminit Ariſtoteles Oeconomicorum II. In œconomia Satrapica, docet ille, prouentuum augendorum ratio eſt præſtantiſſima ex agrorum fructibus. Prouentum inde natum (penſionem ſcilicet à colono pro agro Satiuo præſtitam) οἱ μὲν, inquit, ἐνφόριον οἱ δὲ δεκάτην προσαγορεύουσιν, *alij tributum alij Decimam appellant.* Aliam rationem ex re pecuaria affert ſiue ex agris ſcripturarijs aut ἀπὸ τῶν βοσκημάτων quæ eius verba ſunt. Etiam & hunc prouentum ἑπικαρπίαν & Δεκάτην dictum ait. Vide porrò I. Samuelis cap. VIII. comm. 15. Eiuſmodi Decima etiamnum paſſim in Oriente à Turcarum Imperatore exigitur. Neque de alia olim intellexi illud in Alcorani Retinenſis Azoara XVII. *De Decimis & beneficijs ſume & inde ſecundum morem conſuetum operare.* Sed Arabs habet ſume אלעשר ראמז באלערף *quod tibi indultum eſt & ea quæ dari conſueſcunt.* Paraphraſtes, quem diximus, Arabs habet אלשיך מן אחלאת אלנאש רלא חשי עבא, *quod à beneuolentia hominum obuenerit, aut eorum beneficia, neque ab eis quid extorque.* In Arabico eſt Azoara VII. Verum & alibi Robertus ille Retenenſis, locis non diſſimilibus, Decimas ſubſtituit pro eiuſmodi vocabulis. Et in Azoara LXVIII. quæ in Arabico eſt

est LVIII. *Oratores & Decimatores*, inquit, *Estote sequendo Deum omnium operum cognitorem atque Prophetam*, vbi Arabs habet פסיוא אלטלוה ואחוא אלזכוה ואטיעוא אללה ורשולה, id est, *Preces celebrate & eleemosynas date obedientes Deo & Prophetæ eius*. Sed hæc obiter. Ex agris item Satiuis Romanis, pendi solebat locatoribus Decima quod, ex Appiani Ciuilium primo cognoscimus. Nec dissimilis est Decimarum prouentus qui tum ex annuis agrorum fructibus tum ex fossilibus, Gallijs, Hispanijs, alibi in Europa, etiam alicubi in Anglia, penditur. Videsis Choppinum lib. I. de Domanio Franciæ tit. I.

Pag. 32. Ἡ χωρα ἣν ἔχουσιν οἱ σφέτερον ὄντες ἐμ Μαγνησίᾳ] Ager, puto, veteri Magnesiæ adiacebat quem possidebant ij qui Magnesiæ olim fuerant incolæ, id est, qui sedibus mutatis in Smyrnæum agrum transmigrarant. Hunc, si Smyrnæorum Ciuitatis possessionibus accederet, Decretum hoc veteris Magnesiæ incolis seu Palæmagnetibus assignat nomine κλήρου seu prædij sine onere possidendi.

Pag. 33. Κλῆρον ἱππικὸν] Prædium equestre heic non diuersi fuisse generis autumo à fundis illis olim in Imperio Romano ad subministrandos rei militaris sumptus, assignari solitis. Eorum duæ species. Nam aut tàm tironibus quam veteranis in perpetuum siue beneficium & Stipendium, siue præmium donabantur, aut, ad annonæ militaris duntaxat pensitationes, Colonis locabantur; idque plerunque fiebat in limitibus Imperij, vnde agri limitanei dicti & fundi limitotrophi. De his videsis L. 15. Item si §. 2. ff. de rei vindicatione & C. tit. de fundis limitotrophis. In Specie prima, planissima sunt Feudorum vestigia. Et, de vetustissima Feudorum natura, Consule quæ occurrunt de Ducibus limitaneis apud Lampridium in Alexandro Seuero, & de Cimbris apud Lucium Florum lib. III. cap. III. Nec discrepabant τὰ κτήματα στρατιωτικὰ seu prædia militaria quæ in Imperij Orientalis legibus habentur. Constantini Porphyrogenueta de ijs Nouella extat tum apud Leunclauium in Iure Græco Romano tum apud Cuiacium in Feudis. Sed Emendatior apud Carolum Labbæum in Constitutionibus Imperatorum Græcolatinis & Ioannem Meursium. Sed verò κλῆρος hic noster Equites tantùm alebat ad hostes ab Imperij Magnetici seu potius, postquam icto inæquali Fœdere seruitutem induerant, Smyrnæi finibus arcendos; adeóque κλῆροι ἱππικοὶ (si de prima Romanorum specie intelligas) ipsissima fere sunt Feuda quæ phrasi forensi Feuda militaria seu *fees de Chiualer* Anglis nuncupantur. Δωρεὰν autem, quod *sine onere* vertimus Decimas aut alias annonæ pensitationes, non Militiæ onus heic excludit.

Ad

Ad C. Ant. Septimij Publij Citharœdi Victorias seu Marmorum Arundelianorum III, pag. 34.

EVanuere, ex Marmore, superiores elementorum septem primorum apices. Sed, ex reliquijs inferiorum coniecturâ Γ· ANT. ΣΕΠ. substituimus. Huiusmodi autem ἀναγραφαὶ τῶν ἱερονικῶν, qualis erat in agonibus Musicis Septimius noster Publius, λιθογραφαὶ seu *Saxeæ Hieronicarum descriptiones*, vt vocantur Lycurgo, frequentes erant apud veteres. De eis autem videsis Scholiastem ad Pindari Olympiorum oden VII. & marmor X. pagina 40. præter eiusmodi alia aliquot apud Lipsium & Gruterum.

Ibid. Περγάμῳ, καὶ Σμυρναίῳ, καὶ Αθηναίῳ, καὶ Ἐφέσιῳ] A plurium ciuitatum populis ciuitate donatus, tot habuit denominationes tum hieronices hic, tum moderator eius C. Ælius Agathemerus. Sic Artemidorus & Daldianus erat & Ephesius, vti ipse testatur Onirocriticon lib. III. cap. LXVII. Sic alij.

Ib. Σμύρναι Ολύμπια Η ☿ Ι7] Bini scilicet Smyrnæ erant, sub Adriano, agones Olympici seu quinquennales; id est, Olympia bina, præter ea, quæ, pro Communis Asiæ votis, ibi sæpiùs celebrari solita; de quibus etiam mox. Ea quæ sic simpliciter dicta sunt, atque ea quæ Olympia Adriania, ab Adriano nempè siue instituta, siue concessa, nuncupabantur. Neque hæc alia ni fallor, fuere, ab ἀγῶνι illo ἱερῷ Smyrnæorum cuius, sub sequentis Inscriptionis finem, mentio est. Frequentia autem eiusmodi agonum à glisscente prouinciarum, postquàm seruituti egregiè litare cœperant, adulatione sub Octauio duxit initium. Suetonius in eius vita, capite LIX; *Prouinciarum pleræque, super templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerunt.* Ex indulto nimirùm aut iussu Principali constituerunt prouinciæ, vrbes, oppida. Vnde indiscriminatìm siue à Principe, siue à Prouincijs, vrbibus, oppidis, certamina instituta fuisse sæpiùs dicebatur. De binis quæ diximus, Smyrnæ Olympijs vide V. Cl. Claudium Salmasium ad Adrianum Spartiani. Adi item Hermodori illam Farnesianam, quæ habetur in Lipsij Auctario & apud Gruterum est, pagina 314. & Philostratum in Polemonis Sophistæ vita præter Pausaniam in Eliacorum primo & Philippi epigramma quod citat Petrus Faber Agonistici libro III. cap. XXVII. Sed verò fallitur eruditissimus Faber, capite præcedente, vbi

bi Farneſianæ inſcriptionis τὰ Ἀδριάνια de ludis in Antinoi honorem inſtitutis intelligenda eſſe, perſuaſum habet. Erant ſanè in Antinoi honorem ludi gymnici alibi inſtituti. Atqui non Adriania dicta ſunt ſed Antinoëia de quibus etiam poſteà. Quid verò ſibi heic velint notæ illæ H Ϟ I7 omninò neſcimus nos. Nodum mihi hactenus inextricabilem, ſoluant eruditiores. Prima earum ita typis repreſentari debuit vt ſuperior, quæ tranſuerſa eſt linea, ſiniſtro τῷ H apici coniungeretur, ac ſi T & H in vnum coaluiſſent. De ſecunda figura, quæ ſiue τῷ ὁμοιήμῳ ς ſiue Hebraico Ϟ non prorſus eſt diſſimilis, & non ſemel in ſequentibus etiam iterari videtur, vide, ſi placet, Gruterum in Inſcriptionibus pag. 585. 2. & Nicolaum Alemannum ad Procopium pagina 42. Sed nos heic planiſſimè cæcutimus, quod fateri, vbi aliter non ſuppetunt vires, nunquam pudet.

Ibid. Ἀδριάνια Ῥώμῃ Β] Romæ, Athenis, Epheſi, Adrianalia vicit Septimius, quod teſtatur marmot. Paſſim fermè certaminum ſibi cognominum autor fuit Adrianus. Xiphilinus; ἐποίει, inquit, καὶ θέατρα καὶ ἀγῶνας θεατρικοὺς ἐν πάσαις πόλεσι. Id ipſum Spartianus; *In omnibus penè vrbibus & aliquid ædificauit & ludos edidit.*

Ibid. Ποτιόλοις Β] Apud Puteolos Adriani memoriæ ſacrauit Antoninus Pius *quinquennale certamen & Flamines & Sodales, & multa alia quæ ad honorem quaſi numinis ſpectarent* quæ verba ſunt Spartiani. Illud Εὐσέβεια in Farneſiana dicitur ſeu Pialia, & certamen erat iſelaſticum. Hieronicis nempè ius erat ſingulare, dirutâ parte mœnium, pompâ in vrbem inuehi. Videſis Caſaubonum & Salmaſium ad Spartiani extremum, & Ioſephum Scaligerum V. de Emendatione Temporum pag. 447. Melphitana autem, quâ ad hanc rem vtuntur, inſcriptio eſt apud Gruterum pagina 254. n. 4. Ἀγὼν ἐν Ποτιόλοις hic memoratur etiam in Stationariorum Tyriorum Epiſtola quem Gruterus habet pagina 1105. Stadium item huius Agonis innuit Artemidorus Oniroctiticorum lib. I. cap. XXVIII. vbi Εὐσέβεια τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ἀχθέντα ὑπὸ βασιλέως Αντωνίνου ὅτε τῷ παιδὶ Ἀδριάνῳ memorat, de curſore verba faciens, qui per inſomnium ſe luminibus orbatum eſſe vidit, atque victor euaſit.

Ibid. Νεαπόλει Γ] Σέβαστα ſeu Auguſtalia agon hic dictus in Farneſiana, vt Σέβαστα ἐν Νεαπόλει &c. Quinquennalis item erat & Octauio à Neapolitanis, vt videtur, ſacratus. Memoratur Statio, Suetonio, Senecæ. Conſule ſi plura velis, P. Fabri Agoniſtici III. caput XXVI. & Scaligerum loco iam citato. Adde Iulium Cæſarem Capacium Hiſtoriæ Neapolitanæ lib. I. cap. XV.

Ibid. Ἄκτια Β] Agon in Actio Apollini ſacer erat; quem poſt victoriam Actiacum, conditâ vrbe Nicopoli, inſtaurauit Auguſtus; teſtibus Strabone & Dione. Videſis Fabrum loco nunc ſupra dicto & Scaligerum V de Emendatione Temporum, capite de primo Agone Actiaco.

Ib. ἢ ἐξ Ἄργους ἀσπίδα] Etiam Nemeos ludos ab Argiuis celebrari ſolitos eſſe, in quibus cum clypeis decurrebant armati, conſtat; quales ἀσπιδιώτας ὁπλίτας δρόμους vocauit Pindarus Iſthmiorum primo. Romæ item in vinea Cardinalis Carpenſis τῶν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα τρὶς coro-

na

na circundatum exhibet Saxum quadratum. Vide Pausaniam in Eliacorum primo, Hyginum Fabula CLXX & CCLXXIII quem in huius agonis nomine deprauatum rectè emendauit V. Cl. Ioannes Meursius in Græcia Feriata, verbo Ηραῖα. Eum item ibi consule. Adde Agonistici P. Fabri libri II. caput XXIII. præter Farnesianam illam seu Hermodoti, apud Gruterum, inscriptionem.

Ibid. Σμύρναν κοινὸν Ἀσίας] Commune scilicet Asiæ, quod ex pluribus eisque celebrioribus Asiæ ciuitatibus conflatum; velut ex Ephesijs, Smyrnæis, Pergamenis, Milesijs, alijs, qui concordiam fouentes & societatem, & sacris eam firmare studentes, communia Asiæ sacra certamina in vrbe, de qua siue in comitijs omnium conuenerat, siue aliter decretum erat, celebrabant. Atque hisce præfuere puto, Asiarchæ; de quibus ad marmor proximum. Ita nummum Caracallæ interpretatur Scaliger V de Emendatione Temporum. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑΙΝ. ΦΙΛΙΠΠΟ. ΠΥΘΙΑ *Communia*, inquit, *tria* (vnde vnum item confectum) *Thraciæ celebrabant Pythia Thracica*. Vide in Farnesiana Σμύρναν ε κοινὰ Ἀσίας δίς. Et κοινοῦ τῆς Κρητῆς habetur agon quinquennalijs apud Gruterum pagina 1094. 5. Certamina hæc Communis Asiæ ipsissima esse τὰ κοινὰ τῆς Ἀσίας Ὀλύμπια apud Philostratum in vita Polemonis Sophistæ, vix dubitare queo, pace viri doctissimi qui ad Spartianum hæc eadem esse cum Adriani Olympicis ibi institutis obiter affirmat. Neque obest quòd Polemoni & posteris eius datum sit Adrianeis πανηγυρίσαι seu præsidere, & quòd presedit posteà τοῖς κοινοῖς τῆς Ἀσίας Decreto ciuitatis duntaxat Smyrnensis est perpetua illa præsidendi Adrianeis prærogatiua data. Sed Communis Asiæ sacris Commune item Asiæ tantum, aut Senatusconsultum Romanum, aut rescriptum principale, non ciuitas aliqua singularis eum præficere, puto, potuit. Communia autem Asiæ sacra hæc fuere, opinor, vti alia sæpius apud Græcos, Maiora & Minora. Maiora quæ pentaeterica. Minora quæ Annua. De hac distinctione, vti etiam de ε κοινοῖς, in Farnesiana, paulò pòst plura.

Ibid. Πέργαμον Αὐγούστεια Γ] Postquam Pergameni Templum Augusto sacrauerant, etiam ijs permissum est vt sacros ludos, honori eius ampliando, instituerent. Ita Dio libro LI. Hi Augustalia seu Αὐγούστεια dicta, Adeoque quod in Farnesiana leginus Ὁμοίως ἐν Σμύρνῃ Ὀλύμπια καὶ Ἀδριάνια Ὀλύμπια, Πέργαμον Αὐγούστεια τρίς, vertendum est *Similiter in Smyrna, Olympia, & Adrianalia Olympia, Pergamo Augustalia* III. Neque erat sanè cur de Augustalibus illis, quæ planè Pergami collocantur, ita solicitus esset vir magnus in V. de Emendatione Temporum. Qui item alij siue Farnesianam edidere, siue vocabula, quæ adtulimus, citarunt, malè hactenus ea intellexerunt. Apud Gruterum pag. 1090. legimus ex Sepulchro quod via Appia, VII ab vrbe miliari, visitur, Πέργαμον κιθαρῳδός. Adiecta est corona hederacea.

Ibid. Θεατρικὰ] Spectacula, Parthica dicta, sacrauit Adrianus Traiano; teste Xiphilino. Ea Romæ celebrari solita. Gymnasium etiam erat Romæ, Traiani opus, architecto Apollodoro. Vtrum ad hoc an ad illa Traianalium

nomen

nomen heic ſpectet, non liquet.

Ibid. Ασκλήπεια] Horum item in Farneſiana mentio. Et Μεγαλοασκληπείων Πυθίων in alia, apud Gruterum pagina 410. n. 3. Atque etiam Æſculapia Smyrnæ fuiſſe videntur. Ariſtides in Oratione ſacra prima. Ἐδόκουν ὡς ἐν Σμύρνῃ σοὶ Ἐσπέραν προσιέναι τῷ ἱερῷ τῷ Ασκληπίου τ' ἐν τῷ Γυμνασίῳ. Tam Gymnaſium quam Templum in Gymnaſio extructum Æſculapio forſan ſacrum ibi erat.

Ib. Κομώδεια Β] Commodaliorum ſeu Κομοδείων mentio in Saxo Venetijs. Corona nempe ipſum vocabulum ΚΟΜΟΔΕΙΑ circumdat, ſub Epigrammate in Achiriſti atheletæ honorem. Vide Gruterum pagina 317. n. 1. Alibi, puto, apud Veteres, non occurrunt. Inſtituta fortè à Seuero Imperatore Commodum in Diuos referente.

Ibid. Ἔφεσον Αδριάνεια] vt Smyrnæ Adrianalia Olympia erant, ita Epheſi, quæ heic memorantur, nec alibi, puto, omninò præterquam in Farneſiana; vbi habemus Ἔφεσον Γ Αδριάνεια Ολυμπία.

Ibid. Ἔφεσον::Εφεσῆα] In Feſtis deorum cognominibus enumerat Iulius Pollux lib. Ι. Ἀρτέμιδος Ἀρτεμισία καὶ Ἐφέσια. Vide item Meurſium in Græciæ Feriatæ lib. III. de Epheſijs. Sed an ad hoc Dianæ feſtum agon hic ſpectet, non conſtat.

Ibid. Βαρβιλλῆα] In Farneſianæ inſcriptionis Editione Gruterianâ legimus BABBIΛΔHA quod ipſum in Lipſianâ, vnde ſumtum eſt, punctulis ſubnotatur, ac ſi de lectione inter exſcribendum dubitatum fuiſſet. Marmor noſtrum BAPBIΛΛHA habet manifeſtò, quod vt in BABBIΔΛHA ſiue quadratarij, ſiue exſcriptoris incuriâ migraret, non erat difficile. Sed non minus neſcimus vnde nomen hoc natum, quam hanc verum Marmoris noſtri lectionem eſſe certò ſcimus. Vide Lipſj Auctarium pagina 57.

Ibid. Ἐπίδαυρον Ασκλήπεια] Hæc memorat etiam Farneſiana. Alibi occurrere non memini.

Ibid. Ἀθλῶας Ἀδριάνεια] Adrianalia Athenis habentur in Inſcriptione illa de Achiriſto apud Gruterum pagina 317. quam vide item apud Scaligerum ad numerum Euſebianum MMCXLVII, ſed emendatiorem in Salmaſij Notis ad Spartianum. Fanum Adriano Athenis ſacratum eſt, Panellenion dictum; atque is ἐπ' αὐτῷ, ſeu *iuxta idem* (vt ſcribit Xiphilinus) Certamen inſtituit quod ipſa Adrianalia heic fuiſſe exiſtimo. Neque cur Panellenia id nuncupatum eſſe cenſendum ſit video, tametſi, cò quod Fanum Panellenium dicebatur, ideo & agonem cognominem fuiſſe velit vir doctiſſimus. Memorantur, opinor, hæc ſacra certamina cum alijs in Farneſiana Hermodori; Ε Παναθλιάδια, Ολύμπια, Παναλλήνια, Αδριάνεια δίς. Viro ſummo qui tum in libris de Emendatione, tum ad Euſebium, quatuor hæc vocabula vnum agonem adcóque ipſa tantùm Adrianalia Athenis denotâſſe vult, nullus aſſenſum præbeo. Quot vocabula, tot certamina magis innuuntur; atque omnia Athenis peracta. Per ε παναθλιάδια Panathenæa Pentaeterica, ſeu maiora intelligo. Nam Minora (quæ & vetuſtiora erant) quotannis, ſeu poſt minorem periodum elapſam, celebrabantur. De vtriſque vide quæ ſupra notantur in Notis Hiſtoricis ad Græcorum Epochas

pochas præter Harpocrationem, Suidam, & autorem argumenti Orationis Demosthenis aduersus Midiam. Vt igitur iustâ Certaminis distinctione expressior honoris Victori fieret accessio, Ἐ Πανάθλωσα dici videntur, pro Πεντασυρικοῖς seu *quinquennalibus*. Neque ab alia ratione opinor τὸ ε̄ posteâ in eodem Saxo præfigitur τοῖς κοινοῖς τ̄ Ασίας. Quemadmodum enim Panathenæa (quo nomine signanter dicta sunt sacra Atheniensium seu omnium qui Attici ruris accolæ erant, Certamina Communia) & minora erant & maiora quæ etiam quinquennalia; ita etiam in Asia minori, quæ Atticos mores plerunque imbiberat, Communia sentiendum est sacra ad eundem modum quandoque diuisa esse. Et Panionium, pro communibus Ionium sacris non dissimili notione legitur apud Philostratum in vita Apollonij lib. IV capite II. Ita fit vt ε̄ κοινὰ Ασίας pro quinquennalibus Communibus Asiæ capienda sint, non pro quinque Communibus seu Ciuitatibus Asiæ, vt volunt aliqui. Ita rectè à minoribus etiam disterminata sunt. Olympia, quæ in Farnesiana hoc loco sequuntur, Attica item erant, vti etiam Panellenia. Atque eorum origines Adrianum seculis plurimis antecuertunt. Videsis Scholiastem ad Pindari Olympionicon Odem VII. Quin & Adrianalia ibi, Attica similiter puto erant; sed Athenarum nomine ideò fortè minimè notata quòd, post Panathenæorum mentionem, cetera, quæ continentèr sequuta sunt, ad Athenas pertinere, neminem dubitaturum non immeritò senserit is qui conscripsit.

Ibid. Σάρδεις Χρυσάνθινον.] Etiam Chrysanthina Sardis occurrunt in illa Hermodori. Item Nummus Alexandri Mammicæ F. habet ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, quod ex Occone discimus. Id ipsum innuit Martianus Iurisconsultus vbi Certaminis Chrysanthiani meminit L. 24. D. de Annuis legatis. *Cum erat certa pecunia*, inquit Martianus, *id est centum reipublicæ Sardianorum* (in nonnullis Editionibus Pandectarum, malè legitur *Sardinianorum*) *relicta pe- qaadriennium Certaminis Chrysanthiani, Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt videri perpetuam pensitationem reliquisse testatorem per quadriennium, non in primum quadriennium*. Sed *Chrysanthini* potiùs legendum. Et certamen inde nomen habuisse putat Faber *quod è floribus aureis Coronæ sertaue contexerentur, atque præmij loco victoribus, sicut apud Tolosates poetico agone annuo argentei, præstarentur.* Apollinis oppidum in Chrysa, & quod de Chrysanthide ex Pausania adnotat Dionysius Gothofredus huc spectare mihi parum videntur. Alijs à Chrysanthio, nomine instituentis Lydio, nomen hoc certaminis manasse videtur. Certe & summi Lidiæ, cuius Vrbs primaria Sardes, Pontificis, sub Iuliani tempora, nomen erat. Et Certamina, sub nomine instituentium quandoque celebrari, non modò ex Adrianalijs liquet, verum etiam ex illo Lucij Titij Testamento apud Scæuolam L. 21. liberto D. de Annuis Legatis §. 3. Et sanè τῶν ἱερῶν ἐπανορθώσεις, siue *Sacrorum* in Lydia *instauratio* disertè ab Eunapio, apud quem de Chrysanthio, vtpote eius præceptore, compluria legimus, tribuitur. Sed hic ita multò recentior est quàm cui Certaminis, sub Seuero eodem no-

mine celeberrimi, origo aut nominis ratio assignetur. Adi Cuiacium libro XXIII. obseruat VII. & Petrum Fabrum Agonistic. lib. III. cap. XXVI.

Ibid. Τράλλεις Πύθια] Gymnasium, quod terræmotu Trallibus collapsum esse memorat Strabo, libro duodecimo, satis ostendit seculis vetustioribus Certamina ibi celebrari solita. Ad idem fortè redintegratum spectant hæc Pythia.

Ibid. Μείλητον Διδύμεια] Apollini Didymæo agonem sacrum fuisse, saltem ex illo nomine natum, non est cur dubitemus. Apollinis Didymæi oraculum in Branchidis apud Milesios cultum habet Strabo lib. XIV, Stephanus de vrbibus, Sozomenus Ecclesiasticæ Historiæ lib. I. cap. VII. & Nicephorus Callistus lib. VII. cap. XLV. De Didymæi nominis ratione consule Macrobium Saturnaliorum lib. I. capite XVII. Neque de Didymæis hisce alibi legisse me memini.

Ibid. Ῥόδου Ἄλεια] In Hermodori Farnesianâ legitur ΠΟΔΟΝΑΛΕΙΑ. Et tam rectè in conficiendis ad Gruterum indicibus Ἄλεια inter sacra Certamina inde numerat magnus Scaliger, quàm malè in castigationibus ex ΠΟΔΟΝ, ibi πόδων facit & ad ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ, quod ibi præcedit, retrotrahit ac si de de cursu seu stadio Æsculapio sacro, locus foret intelligendus. Sed extra controuersiam esse puto aut quadratarium Farnesianæ, pro Græco Ρ πὶ Π ibi perperam incîdisse, aut Lipsium exscriptorem fugientibus elementi apicibus deceptum, pro ΡΟΔΟΝΑΛΕΙΑ, ΠΟΔΟΝ ΑΛΕΙΑ edidisse (vti videre est in eius Auctario) quem secutus temerè magis peccauit siue Gruterus siue quis alius qui Latina versione Podonalia, quod verbum nihili est, substituit Ad Rhodum planè pertinent hæc Sacra; quæ Ἄλια &, ad æui citerioris scribendi rationem, Ἄλεια eis dicta. Aristides in Ῥοδιακῷ, Rhodios alloquens καὶ τὸν μὲν inquit, τῶν Ἁλίων ἀγῶνα ποιήσετε, *Ludos Halios*, seu *Agonem Haliorum peragetis*. Haud alius forsan erat agon hic ab illo, qui Tlepolemus item vocatus Soli seu Ἥλιῳ (vnde nomen, vt videtur, ortum est) sacer erat, & Gorpiæi mensis die XXIV celebratus seu VI. die à Nemeis. Corona in eo præmium erat populea. Videsis Scholiasten ad Pyndari Olympionicas, Od. VII.

Ibid. Λακεδαίμονα] Farnesiana Hermodori habet Εὐρύκλεια ἐν Λακεδαίμονι. Lacedæmonis etiam Hyancynthina memorantur Philostrato in vita Polemonis Sophistæ.

Ibid. Μαντινέιαν] Hinc emendanda est Farnesiana vbi ΔΙΑΝΤΙΝΕΙΑΝ, quod nihil omninò significat, occurrit. Doctissimus Petrus Faber ΔΙΑΝΤΙΝΟΙΑ ibi voluit substitui, certamina nempe Antinoo sacra. Sed vocabuli sono deceptus est. Rem ipsam tamen planè tetigit. Vide eum Agonistici lib. III. cap. XXVII. Certissimum est ΜΑΝΤΙΝΕΙΑΝ pro ΔΙΑΝΤΙΝΕΙΑΝ legi oportere. Mantineæ quinquennale certamen in Antinoi honorem ab Adriano institutum est. Hoc Ἀντινόειον seu ἀγὼν Ἀντινόειος dictum. Etenim patria Antinoi Bithynia erat. Bithyni autem ex Arcadibus ipsisque Mantinicnsibus oriundi. Inde erat quod Mantineæ parentalia eius annua haberi & sacrum Certamen quinquennale voluit Adrianus. Ita Pausanias in Arcadicis; τίνων

ἕνε-

ἕνεκα, inquit, ὁ Βασιλεὺς κατεσήσατο αὐτῷ καὶ ἐν Μαρπησίᾳ πομπάς. Καὶ τελεπή τε καὶ ἔτος ἕκαστον καὶ ἀγῶνα ἔθηκεν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Atque hæc ſunt Ἀντιγόνεια apud Gruterum pagina 317. n. 1.

Ibid. Θεμαπικὸς] Id quod præmij loco dabatur victoribus, ſeu brauium, Θῖμα dictum eſt. Nam certamina, obſcuriora forſan compluria, præmia præter exiſtimationem, puto, alia non habuere adeoque θεμαπικὰ minimè fuere. Θῖμα hoc ſenſu non lemel legitur in Oraculis Sibyllinis. Omnes autem agones quibus præmia erant cuiuſcunque generis nominatim propoſita, θεμάπολοι erant. In ijs aliquot duntaxat στεφανῖται ſeu Coronarij. Et vt à στεφάνῳ στεφανεῖτης & στεφανῖτης dicebatur, ita à θέματι θεμάτης & θεματεῖτης, pro eo quod eſt Θεμαπικός. Nec tamen θεματεῖτης alibi quam in Columna Farneſiana reperiſſe me memini. Περὶ θεμαπικῶν aliter Grammatici plerunque. Videſis Iulium Pollucem ſub extremum lib. III, Fauorinum, id genus alios. Sed nemo melius de hac re quam Petrus Faber in Agoniſtico lib. II. cap. IX. & lib. III. cap. XIII. Adde Scaligerum de Emendatione lib. 5. pag. 446.

Ad Smyrnenſem Donariorum, in Gymnaſij ornatum, Recenſionem, ſeu Marmorum Arundellianorum IV, pag. 36.

Νεμεσίων] Nemeſium Fanum occurrit apud Pauſaniam ſub Achaicorum initio; idque vt Smyrnæorum præſertim tutelarium Numinum. Et de Smyrnæis ille. Νεμέσεις πλείους νομίζουσιν ἀπὸ μιᾶς, καὶ μητέρα αὐτὰς φασιν εἶναι Νύκτα. *Nemeſes plures, pro vna, ſtatuunt; & earum matrem eſſe Noctem.*

Ibid. Χειροφόραι Ἀσιάρχης] Aſiarchæ erant qui ludis Theatralibus, certaminibus, ſeu ſpectaculis alijs, in Deorum honorem haberi ſolitis, præerant; vti etiam Bithynarchæ, Syriarchæ, Lyciarchæ, Phœnicarchæ, Cappadocarchæ, & id genus ceteri, *quorum nomen votiua Feſtiuitatis ſolemnia dedicauit*, vt aiunt Honorius & Theodoſius AA. in conſtitutione de Expenſis Ludorum C. Theodoſ. lib. XV. tit. IX. L. 2. Horum functio Aſiarchia, Bithynarchia, Lyciarchia, Cappadocarchia dicebatur. Etiam *Munerarius*, quòd munera ſeu ſpectacula edebat, ἀσιάρχης vertitur Ruffino in S. Polycarpi martyrio apud Euſebium lib. IV. cap. XIV. Quòd verò ſpectacula ſeu munera, quibus præerant, ſacra erant; ideò *Sacerdotes* indigetati ſunt. Quin à ratione, tum nominis, tum dignitatis, quæ eminentior erat, & honoris eximij; *Præſides* etiam vocabantur,

tur, & functio tam *Præsidatus*, ἀρχὴ, ἀσιαρχία, seu *Præfectura* quàm *Sacerdotium* denominantis Prouinciæ nuncupari solebat. Id videre est apud Papinianum L. 8. D. tit. de Vacatione & excusatione Munerum, Vlpianum L. 6. §. 14. D. tit. de Excusationibus & Strabonem lib. IV. vbi de Trallibus agit & paulò pòst vbi de Lycijs. Ἐν τῷ Ξανθίῳ, inquit, Lyciorum πρῶτον μὲν Λυκιάρχης αἱρεῖται, εἶτ' ἄλλαι ἀρχαὶ αἱ τῆς συστήματος, *primo eligitur Lyciarcha; postmodum etiam qui sunt ceteri reipublicæ magistratus*. Nec erat sanè cur vir summus, non tam ἱερωσύνην quam ἱερωσύνῃ, dici voluerit hanc dignitatem, ad Strabonis locum vbi de Trallibus loquitur. Inde etiam *Principes* dicti. Nam τινὲς τῶν Ἀσιαρχῶν in Actis Apostolorum cap. XIX Commate 31 in vulgata editione *quidam de principibus Asiæ* redditur; idque rectè satis, puto, vtcunque non sine reprehensione â nonnullis id excipiatur. Eodem ipso sensu Syrus ibi habet ראשיא דאסיא. & Arabs ראשיא אשריא. Vtrunque *Principes Asiæ* denotat. Sed Principum vocabulum, vti etiam eiusdem notio in τῶν ἀσιάρχων, ex singulari vsu loquendi, ad Asiam simul & ad sacra spectacula restringebatur; non alitèr ferè ac *Princeps* in *Principe Dalmatiarum* aliarumque sub inclinante imperio Romano prouinciarum, singulari notione, prouincias simùl & acta tantum iudiciorum Præfectorum prætorio, Comitum Prouinciarum & huiusmodi aliorum quibus suberat, respexit. De ea re videsis Cassiodorum lib. VII. Formulam XXIV. & vtriusque Imperij Notitiam. Ita οἱ πρωτεύοντες τῆς ἐπαρχίων seu ἐθνῶν, & *Primates Prouinciarum* Christianis dicuntur sacrorum antistites summi; nullâ tamen, in nominis notatione, sacrorum ratione expressâ. Gallica autem versio tutò in Actis retinet *Asiarques*. Sed verò & eadem vocabula tam *Principes* quàm *Sacerdotes* sæpiùs aliàs significant. Ebræis כהנים vtrosq; denotat. Et tam Athenis quam Romæ Βασιλέα seu *Regem* fuisse qui sacris duntaxat præerat, nemo nescit. Indiscriminatim etiam Pontifex Romanus Rex & Papa ab Arabico autore Geographiæ Nubiensis appellatur מי מרונת רמה קטר אלמלך אלמשמי אלבאבה *In vrbe Roma sunt ædes Regis qui Papa vocatur*. Locus est in parte II. climatis V. Alia sunt obuia quæ huc spectant. Certamina autem siue alia spectacula quibus præerant sacri huiusmodi Gentium præsides seu Principes (hac notione) prouinciarum, ea, puto, erant quæ à singularum Gentium aut Prouinciarum Communibus, statis temporibus, Dijs peragebantur. Et qui τῶν κοινῶν Ἀσίας seu Communis Asiæ ita propriè dictæ, huiusmodi sacris (de quibus supra; vbi de Adrianalijs Athenien sibus) præfectus est, is Asiarcha dicebatur, vti qui τῶν κοινῶν τῆς Συρίας sacris, Syriarcha. Ita Lyciarcha, reliqui. Communis autem Asiæ, seu vrbium (ex quibus, pro partium studijs conflatum est id quod Communis Asiæ nomen obtinebat; quod idem est) id genus sacra, in Asianarum aliqua ciuitatum eminentissima haberi solebant; vnde Asiarcharum Ephesi mentio in Actis Apostolorum, & Smyrnæ in Policarpi martyrio. Vbi enim sacra celebrata erant, vt ibi officio suo fungerentur necesse erat sacrorum hi præsides; in comitijs scilicet, vt videtur, siue à Communis

nis procuratoribus ſiue à ciuitatibus in quibus præerant ſiue aliàs vndecunque legitimè electi. Et ſanè auctor ſanctus vbi Aſiarcharum Epheſi meminit, Demetrij Fabri argentarij verba perinde refert ac ſi ipſiſſimum τὸ κοινὸν τ Ασίας ſeu *Commune Aſiæ*, pro ritu prouinciæ, commnnibus ſacris celebrandis adfuiſſe expreſſiſſimè docere voluiſſet. Locus eſt Actorum capite XIX. Καὶ θεωρεῖτε, inquit Demetrius, καὶ ἀκούετε ὅτι ὐ μόνον Εφέσυ ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τ Ασίας ὁ Παῦλος ὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ διὰ χειρῶν γινόμενοι. *Et videtis & auditis quod non ſolum Epheſi, ſed pene totius Aſiæ Paulus hic ſuadens auertit multam turbam dicens non eſſe Deos qui manibus fiunt.* Monet non modò Epheſiorum ſed & ceterorum ferme omnium totius Aſiæ (ſic propriè dictæ) incolas, tunc temporis Epheſi à D. Paulo in perſuaſionem nouam tractos. Tot nimirùm ciuitatum ſingularium ciues, pro more, ad Communis ſacra peragenda conuenerant vt σχεδὸν πᾶσα ἡ Ασία *ferme tota Aſia* non iniuriâ dicerentur. Id quod inprimis etiam adſtruit Syrus qui, pro ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τ Ασίας &c. habet אלא אף לסוגאא דכלה אסיה אפיס חנה פולוס ואתפך *Sed etiam* τῷ κοινῷ *ſeu Communi Aſiæ perſuaſit iſte Paulus atque illud peruertit.* Nec quid rectiùs ibi ſonat סוגאא, quod τὸ πλῆθος ſeu multitudo plerunq; vertitur, notione haud diſcrepante. Neq; alitèr intelligo Euſebium vbi πᾶν τὸ πλῆθος, ait, τ ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων τ Σμύρναν κατοικούντων ſacram Polycarpo exprobrâſſe doctrinam & Philippo Aſiarchæ inclamaſſe vt Leonem, qui diſcerperet virum ſanctum, emitteret. Ruffinus vertit, *Vniuerſa multitudo tam Gentilium quam Iudæorum Smyrnenſium ciuitatis.* Rectiùs forſan; *Commune Gentium & Iudæorum quod Smyrnæ tunc agebat.* Ciuitates enim, ex quibus Commune ſeu τὸ κοινὸν conflatum, illuc, ad Communis ſacra ſpectacula celebranda, commigrauerant. Similiter pronuntiandum eſt de aliarum Gentium ſeu prouinciarum, ſiue Aſiarchis, ſiue τοῖς κοινοῖς. Videſis porrò Gruterum pagina 415. n. 1. 410. n. 3. & 1025. n. 4. de κοινῷ Galatiæ & Galatarcha, & de Aſiarcha pag. 522. 1. Ελλαδαρχῆν apud eundem non alto ſenſu vlurpari videtur, quàm pro eo quod eſt τῶν τ Ελλάδος κοινῶν ſacris eiuſmodi præeſſe. Præter ea quæ citauimus conſulas etiam de Dignitatis genere, C. tit. de Naturalibus liberis L. 1. Tit. de Officio Comitis Orientis L. vnica, C. Theodoſ. lib. VI tit. III de Prædijs Senatorum L. 1. & lib. XII tit. 1. de Decurionibus L. 103. Adi item Cuiacium lib. II. Obſeruat. XIII, Antonium Auguſtinum ad Modeſtinum, Petrum Fabrum Agoniſtici lib. I. cap. XVIII & lib. III Semeſtrium cap. 1. Gabrielem Albaſpinum lib. I. Obſeruat. XXII. In deſuetudinem, cum ceteris Gentium ſacerdotijs, tandem abijt hæc dignitas. Et poſtrema eius, vt ſicilicet quæ cuanuerat, mentio apud veteres, eſt, ni fallor, in Iuſtiniani Nouella LXXXIX. S. Laurentium Archileuitam vocat, apud Prudentium, Præfectus (quo iubente paſſus eſt is martyrium) Myſteriarchen; *Bene eſt quod ipſe ex omnibus Myſteriarches incidit.* Nonne ad nomina illa, de quibus heic egimus, ſimiliter terminata, alluſit? Myſteria illa ſeu ſacra, Chriſtianorum κοινὰ ſeu communia erant. Ipſi Chriſtiani, ſeu

Eccleſia Commune erat. Et Laurentius

——Primus è ſeptem viris
Qui ſtant ad aram proximi,
Leuita ſublimis gradu,
Et ceteris præſtantior,
Clauſtris ſacrorum præerat
Cœleſtis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus
Votaſque diſpenſans opes.

Non aliter fere ſe habuere forſan Aſiarchæ, Bithynarchæ, & qui id genus alij, ad ſacra, quæ diximus, & prouentus Gentilitatis ſacros, quàm S. Laurentius ad Chriſtianorum theſauros.

Ibid. Πολέμωνος] Nonne hic Antonius Polemo, ipſe Polemo Sophiſta eſt cuius vitam ſcripſit Philoſtratus? Certè Polemonem Sophiſtam, Adrianum Imperatorem adeo ad Smyrnæorum (quibus chariſſimus ſophiſta ille erat) fauorem pellexiſſe prodit ille, vt vno die mille Myriadas in eorum Ciuitatem impenderit. Myriadas habemus in Marmore tantum CL. Ceteras forte columnarum, heic numeratarum, pretium ſupplet. Nam ex Myriadibus illis, Τάπι τῶ σίτυ (inquit Philoſtratus) ἐμπόριον ἱδρυσάμην καὶ γυμνάσιον τῶν κατ' τὴν Ἀσίαν μεγαλοπρεπέστατον καὶ νεὼς τηλεφανὴς. ὃ. ἐστὶ δ' ἄκρας, *Emporia annonæ & gymnaſium omnium quæ in Aſia ſunt præſtantiſſimum conſtructa ſunt; item templum in promontorio ſitum.*

Ibid. Δίυτερον δόγμα συγκλήτυ καθ' ὃ δὶς Νεωκόροι γεγόναμεν] *Secundum Senatuſconſultum per quod bis aditui facti ſumus.* Ac ſi ita innui voluerint ij qui conſcripſere aliud etiam præceſſiſſe, idque ſub Adriano, procurante Polemone, Senatuſconſultum quo primùm æditui facti fuerant. Si ita intelligatur, tum Νεωκόροι in Prouincijs Senatuſconſulto Romano, interdum ſaltem, creati; quod alibi non lectum eſt. Quin & de iuriſdictione data fortè intelligi oportet, qualis permiſſa eſt Epheſijs Νεωκόροις, vt mox ex Actis Apoſtolorum adnotamus. Sed libero fruatur quiſque iudicio. Ceterùm de Νεωκόροις, hac notione accuratiùs videndum eſt. Eos *ædituos* latine vocamus & *Neocoros* interdum in Latio dictos ſcimus ex inſcriptione, quæ Romæ in hortis Matthæorum viſitur, & apud Gruterum legitur pag. 1102. 2. Ita dictos Templorum ædituos nemo neſcit, ſeu ἱεροφύλακας vti interpretatur Theophylactus ad Acta Apoſtolorum, capite XIX. Sed quid nomen illud, cum illiuſmodi temporis characteriſmo coniunctum aut de Ciuitatum populis dictum, denotet, haud inter doctos conuenit. Sæpius ita in Græcis Numiſmatis occurrit. In libris, puto, nuſquam; Si D. Lucam excipias. Neque præter hoc Aundellianum, illud quod Auctarioli noſtri primum eſt, & aliud, quod Romæ extat mutilum, habetur Marmor, inter ea quæ obſeruauimus, quod vocabulum hoc ſenſu exhibet. In Numiſmatis autem, & ſine temporis characteriſmo, & cum eo, de Ciuitatum tamen populis dictum, non rarò habetur. In Auguſti ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΛΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Caij, ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Etiam ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν Νεωκόρων Περινθίων legitur ſupra in Auctariolo pagina 55. Alia eiuſmodi ſunt in Nummis quamplurima vſque ad Gallieni ævum. Interdum etiam vocabulo, ita vſurpato, Numen adijcitur; vt ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ

AP-

ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ quod legimus in Maximini nummis. Sacra quandoque item certamina ſimul memorantur vt ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ quod videre eſt in nummis Septimij Seueri, Caracallæ, & Antonij Gordiani. Sæpiſſimè autem Temporis etiam nota coniungitur, vt Ἐφεσίων δὶς ἢ aut B Νεωκόρων: τρὶς aut Γ, vt Νικομηδέων τρὶς Νεωκόρων: & interdum Τετρακὶς aut Δ Νεωκόρων quod occurrit in Numiſmatis Criſpinæ Auguſtæ Aurelij Commodi vxoris, Iuliæ Mæſæ Elagabali auiæ, Alexandri Mammeæ & Licinnij Valeriani; vt Ἱεροπολειτῶν Δ νεωκόρων., Ἐφεσίων Δ Νεωκόρων. Et, in Theſauro Cottoniano, Caracallæ num-



mus huiuſmodi viſitur. Neque maiorum numerorum notas vocabulo Νεωκόρων adiectas obſeruaui. Sed Ἐφεσίων Ā Νεωκόρων habemus & Ἐφεσίων πρώτων νεωκόρων & in Aurelij Veri Nummo Ἐφεσίων δὶς νεωκόρων πρώτων Ἀσίας. Nam & Aſia ſæpè adijcitur vbi Νεωκόρων mentio fit; vt Λαοδικέων δὶς νεωκόρων Ἀσίας in nummis Antonini philoſophi; quomodo & Dianæ nomen, cum temporis nota, aliquando additur, vt in Caracallæ; Ἐφεσίων δὶς νεωκόρων καὶ τ. Ἀρτέμιδος. Temporis item nota, cum certamine ſacro, nonnunquam apponitur; vt in illo Alexandri Mammeæ F. Χρυσάνθινα, Σαρδιάνων τρὶς νεωκόρων. Vide ſupra, vbi de Chryſanthinis. In eiuſdem item Imperatoris, Ἄκτια Πύθια Περινθίων . . . . . Ϛ Νεωκόρων. Et in Antonij Gordiani, eadem & ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Atque vt ad Smyrnæos noſtros, quorum hanc recenſionem Marmoream fuiſſe meritò coniectamus, tandem reuertamur; Ipſi ſunt etiam τρὶς νεωκόροι in Gallieni nummiſmatis. Vide item Adolphum Occonem pagina 446, in Philippo. Hæc ſcilicet ex Huberto Goltzio, Antonio Auguſtino, Sebaſtiano Eritzio, & Occone olim collegimus. Atque apud eos ſunt alia eiuſmodi plura. Quin figuræ ſæpius, Nummorum hiſce inſcriptionibus, Numinum & Sacrarum ædium, interdum Victoriarum, Coronarum, rerum id genus aliarum accedunt. Et in illo Smyrnæorum figura viſitur turrita. quæ dextera lauream tenet; & Deûm mater eſt. Per adiectionem autem τῶν Νεωκόρων Colonias, ob quam rem neſcio, fuere qui intellexêre. Alij vocabulo idem denotari volunt quod in DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS exprimitur; & temporis notas ſiue Imperatorum Romanorum annos (certe ante Monarchiam Romanam cuſa huiuſmodi numiſmata nondum animaduerti) ſiue quoties fuerint numiſmata in honorem ſiue Numinis cuiuſpiam ſiue Imperatoris recuſa. Alij δὶς νεωκόρων de gemino templo Iulio ſcilicet & Auguſto ſacro capiunt, perinde ac ſi Ciuitas (cuius nummi ita inſcripti) vtriuſque ſe ædituos, pro ſolenni ſeculi adulatione, profeſſi fuiſſent. Nam etiam in Auguſti nummis Κτοσιέων δὶς νεωκόρων legitur. Sed verò non eſt omninò cur *Numen*

Ma-

Maieſtatemue Imperatoris vocabulum ſpectare coniectemus. Diſſuadent tum aliorum numinum ſæpiùs adiectæ figuræ, interdùm & nomina, tum ipſi Scriptores rerum Romanarum veteres qui dum Magnitudinem Romanam & ingentem Imperatorum apud exteros gloriam ſatis ambitioſè prædicant, diuini huiuſmodi honoris, quo nihil amplius, nihil pluris fuiſſet æſtimandum, ne minimum quidem habent veſtigium. Nec magis eſt cur annos Imperatorum aut numiſmatis recuſi, numerorum notis, quæ rariſſimè vltra quartum excreſcunt & plerunque ſecundum exprimunt, ſignari putemus. De gemino autem Iulij & Auguſti Templo ſententiæ accedere nemo poterit qui Imperatorum inſequentium numiſmata ita inſcripta in memoriam reuocauerit. Sunt etiam qui vt rem inextricabilem, dum in veteris numiſmatis explicandis toti ſunt, ſeponunt. Videſis tandem Antonium Auguſtinum dialogo V. Sebaſtianum Eritzium parte ſecunda de Numiſmatis veterum, Ludouicum Nonium, Goltzium & Iſacium Caſaubonum ad Ancyranum monimentum in animaduerſionibus Suetonianis. Sed mihi perſuaſum ſatis eſt, τὰς Νεωκόρους heic ad panegyres illas ſeu certamina Sacra ſiue pentaeterica ſiue alijs tempeſtatibus annuis, pro vario ritu, inuouata, quæ Prouinciarum Communium (de quibus ſuperius aliquoties nonnihil diximus) erant, attinuiſſe; etiam Numinum, quibus ſacra illa dicata, planè ædituos fuiſſe, curatores, & vindices; ipſaſque vrbes velut ædes ſacras ad Communium nempè ſacra illa peragenda. Communium autem huiuſmodi Maiora erant alia, alia Minora. Maiora vt Aſiæ, Syriæ, Minora vt Lyciæ, Lydiæ, Phœniciæ, Galatiæ. Nulla, neque in his neque in illis, Ciuitas proculdubio erat quæ eximios ſe ſortiri honores & alia commoda quamplurima lucrifacere toties non exiſtimabat quoties intra mœnia ſua Communis illius, cuius pars erat, ſacra, redeuntibus periodis, celebrabantur. Id quod aut Communis etiam vota, pro more patrio, aut Imperatoris, aut Senatus autoritas, ſtatis temporibus decernebat. Inde euenit, quòd Epheſi, Smyrnæ, Magneſiæ, celebratis Communis Aſiæ, puto, hiſce ſacris, eorum Ciues Νεωκόροι in Numiſmatis dicantur. Vt enim perſona ſingularis, qui æditiuus eſt alicuius fani, illud curat, ita, non adeò diſparili analogiâ, vniuerſitas Ciuium qui vrbem ſuam panegyribus & in ea Gymnaſium certaminibus (Numini, cui ſacra ea erant, deuoti) aptabant, æditiuorum officium omninò præſtabant ſiue æditiuabant. Et Aſiarchæ, verbi gratia, in Communis Aſiæ ſacris, quemadmodum alij eiuſmodi terminatione & ratione nominis noti alibi, velut Agonothetæ, publicis eiſdem ſacris præſidebant. De Aſiarchis, ſupra diximus. Maioris id genus Communis, Æditiuorum exempla habemus in ijs, quæ ſupra, ex Numiſmatis, memorauimus de Epheſijs, Magneſijs, forte alijs. Nam ad Aſiæ Commune, cuius ſacra huiuſmodi Diadæ, ni fallor, erant, ea ſpectant. Et ad idem non alio modo, ni fallor, Smyrnenſes Νεωκόροι in Recenſione quæ præ manibus eſt. Minoris Communis Æditui, forte erant Sardiani, Chryſanthina ſcilicet pentaeterica, vt videtur, ſacra erant Communis Lydiæ. Hæc Sardibus cum tertiùm (idque continenter; de qua re mox plura) celebrabantur,

bantur, ciues ter Æditui ſeu Τρὶς Νεωκόροι fuêre. Nam ſi τὸ Νεωκόρων, in illo Alexandri Mammeæ F. nummo, ad Chryſanthina pertinet, vt pertinere veriſimilimum eſt, tunc ſequi videtur, non Maius commune aliquod innui. Nam Chryſanthina vltra Lydos nullibi extendebantur; Nec ad Sardianos ita reſtricta eſſe videntur, vt alibi in Lydia celebrari nequirent, vtcunque apud eos, primarios nempè Lydiæ ciues, ſæpiùs quam alia aliqua in vrbe agebantur, quod indicari etiam, ad hanc rem, videtur à Martiano Iuriſconſulto, loco ſuprà adducto, vbi de Cryſanthinis ſeorſim. Atque vt Chryſanthina ſe habuere heic ad Sardianos, ita fortè ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ, ad Perinthios, qui Νεωκόροι dicti in Numiſmatis ſuprà memoratis cum adiectione horũ certaminũ. Et ad agones illos quorũ Numinibus illi Νεωκόροι erant, omnia illa numiſmata quibus Νεωκόροι cum ea adiectione vocantur Perinthij, attinere, non iniquè cenſendum. Neque aliò ſpectare idem, in inſcriptione illa Auctarioli noſtri, nomen ſine Numine, Tempore, aut Sacris vſurpatum. Neq; enim horum vllum perpetuò addebatur; ſed frequentèr tamen. Et cum ſine vlla huiuſmodi diſtinctionis nota τὸ Νεωκόρων duntaxat ciuium nomini ſubiungeretur (vt in exemplis quæ occurrunt non paucis) non dubito quin, à notiſſimo & patriæ & ſeculi ritu, tam ſacra ſingula quàm Numina, quibus illa dicata ſunt, in ſingulis eiuſmodi monimentis, Communiũ maxime Maiorum, ſatis liquidò tunc temporis intelligerentur; vtcunq; ita iam plerunq; non modo obſcura ſint ſed & inacceſſa, idq; eruditiſſimis etiam viris qui hæc non alitèr omninò ſcire poſſunt quàm veterum ſcripta, quorum pars ingens intercidit, ſuggerunt. Temporum autem Notæ ſeu numeri ſæpiùs adiecti non annos, puto, non agones (continuos inquam) ſignant, ſed tantummodò Muneris τῶν Νεωκόρων vices continuas; vnde fiebat, vt intermiſſâ prorogatione, aliâ nimirùm ad ædituandum vrbe ſuffectâ, ciues qui hoc munere antea bis, tèr, quaterue continenter functi eſſent, vices ſuas ſeu prorogationes denuò minimè vnquam dinumerarent, ſed à primâ vice, ſi quando iterùm pluries Νεωκόροι fierent, ſimilitèr, vt primò, redauſpicarentur. Ita tamen vt vicem primam, temporis notâ, rarò ſatis diſtinguerent. Ne ſcilicet prorogationem fortè ambitioſiùs ſperare viderentur. Id quod etiam, in Conſulatibus, olim obſeruatum. Ceteris verò deinceps numeris, opus forſan erat, ad viciniora certaminum tempora, quæ ſuccedebant, ſic breuiter diſtinguenda. Ita τὸ Νεωκόρων, ſine Temporis nota, primam, autumo, vicem indicat, aut non continentèr iteratam, quod heic idem eſt. Attamen & fuere qui etiam primis vicibus numerum adijciebant, vt videre eſt, in nummis ſupra allatis, vbi Epheſij Α Νεωκόροι ſunt ac ſi fortè tum prorogationem, ob egregiam vrbis dignitatem, ſpe deuorâſſent, tum neque ſpem illam neque dignitatem in nummis non obtendi ambitioſiores noluiſſent. Quæ proniùs eos feciſſe credendum eſt, quòd etiam τοῦ πρώτου ἐπ' Ἀσίας in Aurelij Veri Nummis (ſi Occoni fides) cum δὶς Νεωκόροι eſſent, ipſi ſe etiam dici voluerint. Sed forſan & Α Νεωκόρων malè exſculptum habemus pro Δ Νεωκόρων. Elementorum Α & Δ nnmiſmatis & inſcriptionibus maximè, maxima eſt ſimilitudo. Cæ-

terum de Numerorum heic notis, viderint porrò eruditi. Quod autem de Νεωκόρου ſignificatione diximus mirè firmat D. Lucas in Actis Apoſtolorum capite XIX. Vbi etiam Aſiarchas (de quibus ſupra) memorat. Sacrum tunc temporis agebatur Communis Aſiæ certamen ſeu ſpectaculum Dianæ ſacrum Epheſi. Præſidebant vt agonothetæ publici aut certaminum Sacerdotes, Aſiarchæ. Νεωκόροι ideo ſeu æditui dicti Epheſij; ſeu, quòd idem eſt, Epheſiorum ciuitas Νεωκόρος erat. Expreſſiſſimè ſanctus autor, poſtquam de Demetrij Fabri argentarij monitis, ſociorum eius ira & clamore, Aſiarchis, Theatro, & inſano multitudinis ad aſſerenda Dianæ ſacra & D. Paulum & comites eius Ariſtarchum & Caium incuſandos conuentu, verba fecerat, καταστείλας δὲ, inquit, ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον, φησὶν, ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν Νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης Θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ διοπετοῦς; Ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν προπετὲς πράσσειν. Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους οὔτε ἱεροσύλους οὔτε βλασφημοῦντας τὴν θεὸν ὑμῶν. Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγοραῖοι ἄγονται καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν· ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις. Εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος, περὶ οὗ οὐ δυνησόμεθα δοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. *Et cum ſedaſſet Scriba turbam, dixit, viri Epheſii quiſnam eſt hominum qui ignorat Epheſiorum ciuitatem* Νεωκόρον *ſeu Ædituam iam eſſe Magnæ Deæ Dianæ & ſimulacri eius è cœlo lapſi? Cum hiſce igitur contradici nequeat, oportet vos ſedatos eſſe & temerè nil agere. Adduxiſtis enim homines iſtos qui neque Sacrilegi ſunt neque Deam veſtram blaſphemia leſere: Quod ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices habent aduerſus aliquem cauſam; conuentus forenſes aguntur & Proconſules ſunt. Agant inuicem. Si quid de ceteris quæritis, in legitimo conuentu poterit abſolui. Nam periculum eſt ne ſeditionis hodiernæ arguamur, cum nulla omnino ſit cauſa, vnde tumultus huiuſmodi ratio reddi poſſit. Quibus dictis, dimiſit eos qui conuenerant.* Qualeſnam Νεωκόροι fuerint, vbi ita ciues vocantur, hinc perſpicuum eſſe videtur. Scriba, qui velut Syndicus erat vrbis, vt ſedaret tumultuantem de Dianæ ſacris Epheſiorum turbam à Demetrio, vt ſuo quæſtui conſuleret, excitatam & in theatrum ruentem, monet eam vt in memoriam reuocaret, Epheſi ciues tunc temporis Νεωκόρους Dianæ eſſe. Scimus enim ex Maximini numiſmatis Magneſios eiuſdem fuiſſe alias Νεωκόρους; Vt Laodicenſes Aſiæ Νεωκόρους, quod idem eſt, ex Antonini philoſophi nummis, & Epheſios bis dici Dianæ Νεωκόρους in Caracallæ, & ſemel in Aurelij Veri. Inſtat igitur Scriba, cauſam non omninò ſubeſſe cur in Ariſtarchum, Caium, D. Paulum, omninò inclamitarent; cum neque ſacrilegi eſſent neq; in Dianam blaſphemi. Neque enim in Dianam illorum conuitium haberi voluit Scriba quòd Deos eſſe denegaſſet Paulus qui artificum manibus confecti eſſent. Nam ne ſimulachrum eius, quod colebant, vt manibus artificum confectum eſſe, ſed vt de cœlo lapſum venditabat ciuitas; vnde diſerte τοῦ διοπετοῦς quod idem eſt, & ad rem maxime, mentio

fit

ſit Scribæ perquam opportuna. Et hiſce ſanè Νεωκόρων horum munus non obſcurè indicatur. Honorem Numinis, ædes, vaſa ſacra curabant & de eis etiam iuriſdictionem exercebant, quod Senatuſconſulto ſeu ſcripto principali fortè permitti ſolitum. Et de eis ſolùm. Nam ſi quam Demetrius aut ſocij ſeius iniuriam tuliſſent, actio eis competebat in foro proprætoris aut aliorũ magiſtratuũ Romanorum quorum in poteſtate tunc erant cetera quæcunque iudicia. Nam ita etiam Scriba innuit. Si quid autem, inquit, de ceteris, de Sacrilegio puta, aut de blaſphemia in Dianam quarum rerum cognitio ad ciues iure Νεωκόρων ſpectat; tempeſtiuè de eis agi poterit & iudicari in legitimo ciuium conuentu ſeu Comitijs eorum ſacris, ſiue vt appoſitè Syrus vertit, ברובתא דיתיבא מן גבוסא לבנרשיא id eſt *in loco qui a lege deſtinatus eſt Comitiis habendis*. Atqui tunc plebs coaleſcens tumultuoſè in theatrum (vbi ſimul cum primoribus ciuitatis aderat Scriba qui hæc locutus eſt) irruerat, quin & idoneum illud Comitijs ad damnandos Chriſtianos, vtpote aduerſarios, habendis, locum imprudenter æſtimauerat. Ceterùm, monente Scriba ſeu Syndico, tempeſtiuè eis oſtenſum eſt, nec eiuſmodi de qua ciuibus, iure nimirum νεωκόρων, iuriſdictio erat, actionem aduerſus eos ne cœptam quidem eſſe, nec locum Comitijs habendis idoneum ſeu legitimum. Nihil puto in vetuſtiorum Scriptis munus Νεωκόρων ac ſingularem eorum iuris dicendi poteſtatem æquè aperit. Vulgata editio pro νεωκόρων ibi *cultricem* habet, quod frigidè vim verbi explicat. Syro melius vertitur ברמרתא quod planè *editua* eſt aut *antiſtes ſacra*.

Ibidem ἱερὸν ἀγῶνα] De eo ſatis ſupra; vbi de Smyrnenſibus Olympijs, ad marmor proximè præcedens.

Ad Arundellianorum V. pag. 38.

Ἡρακλεῖ ὁπλοφύλακι] Vt Iouem Cuſtodem, ita Herculem Cuſtodem, ante alia numina, hoc nomine colebant veteres. Et feſtum celebrabant Romani pridie Idus Auguſti, Herculi Magno Cuſtodi in Circo Flaminio quod ex antiquiſſimo Kalendarij fragmento in ædibus Cipranicorum Romæ viſitur. Idem Hercules memoratur Ouidio in Faſtis, & Victori in Regionibus Vrbis. Vide item, ſi placet, Ianum Gruterum pag. 45. & 134. in Inſcriptionibus. Sed Ὁπλοφύλακος ſeu *Armorum Cuſtodis* nomine cultum Herculem alibi legiſſe me non memini.

Στεφανηφορῆντος] Vide quæ de Stephanophoris diximus ſupra ad Fœderis Smyrnæorum & Magnetum initium.

ΕΥΕΡΓΕΤΑΙ] Obſcurius eſt hoc, in Marmore, vocabulum. Qui non ſenſu & notis Verborum terminationibus ductus legeret, ΕΥΕΡΓΕΖΖΟ magis exſcriberet.

Ad VI. pag. 39.

ΧΑΥΕ] Si Marmor inſpiciat quis, forſan etiam ΦΑΥΕ legerit. Sed vtrumque æquè mei fugit intellectum.

Ad

Ad VII. pag. 39.

ALtare satis grande, figurâ cylindricâ, illud de Dionysio Berytio incisum habet supra lemniscatum sertum, ex folijs & floribus contextum, quod eiusce medium circundat. Hoc quatuor capita ouilla, æquè per circuitum distantia laxiùs pendens sustinent. Præter capitum aures, penduli sunt iuxtà item, aurium ferè Africanarum caprarum instar, lemnisci; qui nisi aures ouillæ simùl affabrè formarentur & penitiùs sertum inspiciens eos circumvolentes animaduertas, etiam pro auribus capitum sumi possent. Neque enim alibi serto appenduntur quàm vbi illud sustinent hæc capita. Altare minus, sed sine inscriptione aliqua, non dissimili figura, serto, capitibus, lemniscis planè similibus, in Nobilissimi Comitis hortis etiam visitur.

Ad VIII pag. 39.

EXcauatur Saxum; & siue magnitudinem siue formam spectes; paruulorum sedilis fermè figura est. Sedile tamen commodè nullius esse potuit. Nam superficies interior, præter latera, plani nihil habet, sed concaua est & decliuis. In superiore parte legitur inscriptio Dijs illis, vt veri est simillimum, συμβώμοις, seu qui vna eademque ara colebantur, sacra; vti & ipsum fuit Donarium.

Ad IX. pag. 39.

ΥΜΝΩΔ.... ΑΔΡΙΑΝΟΥ & ΞΥΝΥΜΝΩΔΟΙΣ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ] Hymnodos seu hymnorum cantores Adriani indulto acceptos habemus etiam cum Theologis Marmore IV. Et ad Smyrnenses, ni fallor, tam hoc quam illud spectat.

Ibid. Αλυτάρχου Πεισαίων] De Alytarchis & Alytarchia, quod eorum munus est, videsis C. tit. de Officio Comitis Orientis L. vnic. C. tit. de Cupressis L. 2. C. Theodos. tit. de Iure Fisci L. 12. & tit. de expensis ludorum L. vlt. Consule porrò Cuiacium lib. II. Obseruat XIII. & Petrum Fabrum in Agonistico lib. I. cap. XVIII. Neque verò Alytarcha vrbis duntaxat Antiochenæ erat, sed aliarum, velut heic Pisarum. Ludis seu certaminibus præfuisse eum certum est. Sed qualenam fuerit eius munus, satis est hactenus apud Iurisconsultos (nam eorum prouinciæ est, heic pronuntiare) incompertum. Et Certamen Olympiorum Pisis celebrari solitum discimus ex Farnesiana illa Hermodori inscriptione celebri, apud Lipsium & Gruterum visenda. Ibi Ολύμπια τὰ ἐν Πίσῃ legitur.

Ad Arundellianorum XII, XIV & XV pag. 41. 43. & 44. quæ Deliorum Psephismata sunt.

ΠΕρὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ νῆσον τῆς Δηλίων] Cyclades (quæ Delum circumiacent; ideoque ita dictæ quod eam ἐκυκλώσαντο) frequentes erant in exhibendis Delijs honoribus, de qua re Strabo lib. X. Siphnus autem insula erat ex Cycladibus. Inde & occasio & sensus

ſenſus harum ſtelarum, non difficilè erucndus eſt.

Πρωεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι] Hæc loci in ſacris Certaminibus prærogatiua pſephiſmate Deliorum, quod Marmor eſt XIV, Mendicæo Dioclis F. donatur. Vt ſcilicet cum Hieronicis federet. De proedria Hieronicarum conſule Petrum Fabrum, Agoniſtici lib. II. capite XVI. Et in muneribus honorarijs præcipium, apud Græcos, occnpabat locum, loci prærogatiua ſeu πρωεδρία.

Ad XIII pag. 42

Βασιλιανὸν Λαοδίκιον] Seleucum heic intelligo Philopatorē Antiochi Magni filium; Perſeum autem eſſe, illum Macedonicorum Regum vltimum, quem captum in triumpho duxit ſplendiſſimo Paulus Æmilius & finem ita adiecit *inclyto*, vti ait Liuius, *per Europæ plerunque atque Aſiam omnem regno*. Ceterùm Laodicen aut huius vxorem aut illius filiam alibi occurrere non memini. Vxorem autem, ſed ſine nomine, Perſei meminit Plutarchus in Pauli vita. Ea hæc ipſiſſima, puto, erat Laodicc. Saxum pars eſt baſis ſuper quam ſtatua Laodices, ni fallor, erigebatur à Delijs.

Ad XVI pag. 44.

.....κτίνοντ⊙] Dubitandum non eſt quin κοσμητέυοντ⊙ tam legendum ſit linea prima quam ſecunda; vbi etiam καὶ κοσμητέυοντ⊙ &c. vt τοῖς Ἐφόροις &c. in tertia ſubſtituendum. Coſmorum Cretenſium, qui decem erant, & non diſſimile Ephoris Lacedæmoniorum tenuere Imperium, fuſiùs meminit Ariſtoteles Politicorum II. Et de Protocoſmis item Cretenſibus plura habentur in ſaxis vetuſtis ex Lytti Cretæ vrbis ruinis erutis, quæ typis mandauit Gruterus pag. 1084. 8.9.10. &c. & 1094. 5. An κοσμητέυοντες heic ijdem fuerint cum Coſmis illis, non ſatis perſpectum habeo. De more autem frequente Herculanarum imaginum in Gymnaſijs ſacrandarum, conſule Petrum Fabrum Semeſtrium lib. II. cap. XI. & Agoniſtici libro I. capite XVI.

Ad XVII pag. 45.

Lin. 9. μιωὸς γαλ . . . ῶν⊙] Γαμηλιῶν⊙ plane nequit eſſe. Subobſcura ſunt, fateor, elementa. Sed nec Atticum illud nomen, nec aliud quod hactenus in Græcorum menſibus comperi, proculdubio ibi exaratum erat.

Ad Arundellianorum, quæ Latina ſunt, I, pag. 50.

Ad III pag. 51.

Ilnano, Herculi, Libero] Ne Deorum cuiquam loci, ante alium, prærogatiua daretur, ita in circulo eorum nomina, ni fallor, inſcribi voluit heic Iulius Alexander. Sic enim, nullus

eorum erat primus, imus nullus, aut ſecundus. Sed par omnibus honor. Hanc rationem, ad eandem rem, nomina inſcribendi memorat Auſonius in Ludo ſeptem Sapientum, vbi Solonis verba ſunt

Neque me eſſe primum veſtrum aut imum exiſtimo
Æqualitas quòd ordinem neſcit pati.
Recte olim ineptum Delphicus luſit Deus
Quærentem, quiſnam primus ſapientum foret,
Vt in orbe tereti nomina eorum inſcriberet,
Ne primus eſſet, ne vel imus quiſquam.

Quin Caius lib. I. Inſtit. tit. II de Numero ſeruorum manumittendorum. *Si ita in teſtamento ſeruorum manumiſſio adſcripta fuerit, id eſt, in Circulo, vt qui prior, qui poſterior nominatus ſit non poſſit agnoſci, nulli ex hijs libertatem valere manifeſtum eſt.* Hoc ſcilicet ſcriptum eſt ad Legem illam Fuſiam Caniniam, quam, vt libertates impedientem & inuidioſam, poſtmodum ſuſtulit Iuſtinianus, vti videre eſt tam in Codicis quam in Inſtitutionum titulo de ea lege tollenda. Etiam proauorum memoria, cum ſodalitio Franciſcano iuſſiſſet Vrbanus ..... Pontifex Romanus, vt ei nomina exhiberent, ex ipſis tria quorum vnum in Cardinalitiam dignitatem eueheret, illi circulari figura exhibuere, ne à loci nominis prærogatiua quis dignior eis cenſeri videretur. Sed ille *Ordinem*, inquit, *peruertiſtis & ego ordinem peruertam*, omiſſiſque ſodalibus ita deſignatis, Præfectum Ordinis, quem Generalem vocant, Cardinalem creauit. Narrant Cardinalis Alexander in C. Nicolao tit. de Appellationibus & Felinus in C. cum dilecta tit. de Reſcriptis. Adde Tiraquellum de Iure Primigeniorum quæſtione XIX. vbi tamen perperam *Circulum* in Nouella XV quæ ordinationē Defenſorum Ciuitatum præſcribit, de Circulari huiuſmodi deſignatione interpretatur, quod rectè ibi notat Dionyſius Gothofredus.

Ad V, pag. 52.

Triſque APK. *Pontificum*] Quadratarij errore, pro *vterque* puto A D *K.* ſeu *C. Pontificum*, quod *Collegium Pontificum* denotat. Quæ ſequuntur ſunt; *Seſtertium* XXX *millia nummum pœnæ nomine inferet. Hoc munimento Dolus malus abeſt.* Elementa illa ſingula ſæpius in cippis ſepulchralibus comperiuntur hoc ſenſu. Videſis de huiuſmodi pœnæ nomine Gruterum pag. 946, 6. & ſuperiùs pag. 47. Marmore XX.

Ad VI, pag. 52.

Siluano Sacrum] De Siluanis tribus, quibus inſcriptiones ſacræ fieri ſolitæ, vide, præter alia quæ magis obuia ſunt, Ioſephum Scaligerum ad Feſti *Marſpedis. Siluano ſacrum ſodalibus eius & Larum donum poſuit Ti. Clandius &c.* Ita lego. Sodales eius, puto, erant Hercules plerunque, Liber pater, Mercurius, qui item Larum ſodales. Siluanus igitur hic Domeſticus erat & poſſeſſionibus conſecratus, vt cuſtos, quem & Siluanum Larum dictum eſſe vult Scaliger. Ex ipſo hoc

Saxo

Saxo dum Romæ in vinea quadam extra portam Flumentanam inter viam Flaminiam Tiberiumque viſebatur, deſcripſit illud Smetius quod legitur apud Gruterum pag. 63. 1. quem vide item pag. 65. 2. Quod autem pag. 66. 1. habetur *Siluano ſancto ſacrum Philemon*, legit Scaliger, loco iam citato, *Siluano Sancto Larum* &c.

Ibid. *A cura Amicorum*] Inter Officia Domus Auguſtæ erat *cura Amicorum Auguſti*. Et qui hoc fungebantur miniſterio *A cura amicorum* dicti ſunt; Et ſemper aut plerunque Liberti Auguſtorum erant. De ijs vide Gruterianas Inſcriptiones pag. 70, 2. & pag. 598. ſæpius. Eàdem notione Aurelia Liuiæ Auguſtæ ſerua à *cura Catellæ* dicitur in ſaxo quod viſitur Romæ in hortis Carpenſibus. Vide Gruterum pag. 578, 51. Amici Auguſtorum heic ij erant quos in contubernium & interiorem familiaritatem, atque à conſilijs ſibi adſciſcebant Imperatores. Nec vnius erant claſſis. Sed primæ alij; alij ſecundæ, item tertiæ. Lampridius de Alexandro Seuero; *Moderationis tantæ fuit vt nemo vnquam ab eius latere ſubmoueretur, vt omnibus ſe blandum affabilemque præberet, vt* Amicos *non ſolum* primi *ac* ſecundi loci *ſed etiam* inferiores *ægrotantes viſeret.* Quin ſub Tiberio totidem item Amicorum ciuſmodi claſſes; quarum extrema *Grati* dicti; vniuerſi verò *Comites Peregrinationum Expeditionumque.* Atque hinc nata illa Comitiua dignitas, quæ ab hac origine etiam triplex eſt in Euſebio de vita Conſtantini lib. IV. cap. I. Et hallucinantur viri docti qui Conſtantinum triplicis illius differentiæ autorem faciunt. De qua re nos ſuſiùs in Titulis noſtris vniuerſæ Europæ Honorarijs. De Tiberij autem Comitibus, vide Suetonium in eius vita cap. XLVI. Et de Auguſti Amicis porrò Cl. Salmaſium ad Spartianum.

Ibid. M.....cio Fundano & C. Vettennio Seuero Coſſ.] Minucius Fundanus & Vetennius Scuerus Conſules erant, anno Claudij Imperatoris XI, non ordinarij, ſed ſuffecti. Neque in veterum Faſtorum quæ extant fragmentis occurrunt. Sed annum eorum ſcimus ex Onufrij Faſtis vbi vetus legitur hæc inſcriptio *Ti. Claudius Druſi F. Cæſar Auguſtus Germanicus Pont. Max. Trib. Pot* XI *Imp.* XXIIII *Coſ.* V *P.P. Reſtituit C. Minicio Fundano & C. Vetennio Seuero Coſ.* Habetur item in Gruterianis pag. 188, 6.

Ad Auctarioli II, pag. 55.

Δ Ημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ Ī] Ita exemplar meum neſcio à quo ſed pulcherrimè deſcriptum. Sed legendum proculdubiò τὸ Γ. adeoque *Tribunitiæ poteſtatis* III. Nam tertio Imperij, quod cum Tribunitia poteſtate idem eſt, anno Traianus erat Conſul tertium.

Ad Auctarioli III, pag. 56.

NIminùm fallimur niſi in abbreuiante illa, primæ deprauatiſſimæ huius inſcriptionis lineæ, ſcriptura, ΠΓΘΚ«, vti in quartæ, ΠΓΘΚΟΝ, venerandum illud Παναγίας nomen Θεοτόκῳ tribuatur. Et forte in vtroque loco ΠΓΘΚ potius ſcribendum. Atque vt ΘΚ. ΘΕΟΤΟΚ. ita ΠΓ. ΠΑΝΑΓ. ſatis exprimit. Ad huius verò, illius caſus terminandus eſt. Ideo propria terminatione illud caruit. Qua ratione autem Πα-

Παραμία θεοτόκος in Græcorum ſacris primò ſignantiùs & nomine tam velut proprio quam appellatiuo indigetata ſit Dei Genetrix, oſtenditur in Græcorum Rituali libro qui Horologium dicitur lemmate περὶ τῆ ὑψώσεως τῆ Παραμίας, ὅπως χάιρε· χὴ διὰ πί. Id fuſiùs etiam habetur apud Iacobum Gretſerum lib. III, capite VII, ad Georgium Codinum.

Ἔτους ϛωλΓ] Pro ϛωλΓ opinor, ſeu 6833 anno Mundi Græcorom, id eſt, anno Chriſti 1325. Deductis enim ex anno Mundi Græcorum 5508 perpetuò remanet annus eræ Chriſtianæ.

Ad Auctarioli V, pag. 57.

Dea Nympha Briga] Montana an Fluuiatilis hæc Brigantum Dea non liquet. Sed cum Nympha indigitetur, veri eſt ſimilimum harum alteram fuiſſe. Montes enim & Fluuios inprimis diuino honore colebant veteres Britanni. Eis nempè vt ſcribit Gildas in Epiſtola de Excidio Britanniæ, *Diuinus honor à caco populo cumulabatur.* Nec ſub Angloſaxonum imperio, etiam adulto, huiuſmodi cultus planè in deſuetudinem abierat. Colligo ex Canuti Regis legibus, cap. V, Vbi Adoratio barbara, quam hæðenrcype dixere, vetatur. Eiuſce pars ibi eſt *Fluuios* ſeu rloðæten adorare. Ita veteres in Germania Saxones frondoſis arboribus Fontibuſque venerationem exhibebant, vti apud Adamum Bremenſem ait Einhardus.

Ad Auctarioli VI, pag. 57.

Deo qui Vias] Certè Mercurius erat Deus ἐνόδιος ſeu Viarum præſes; de quo videſis De Dijs Syris Syntagma II. cap. XIV.

Proniano & Bradua Coſ.] Extremo Commodi Imperatoris anno Conſules erant Caſſius Apronianus & Metilius Bradua.

Ad Ebraicarum Inſcriptionum Fragmenta, pag. 58.

EBraica ſaxa non adiecimus perinde acſi tanti viſa fuerint ea quæ ſuperſunt vocabula pretij, vt inde locum heic iuſtè mererentur. Et breuiuſcula erant & conciſa, etiam dum integra extabant, nec magni omnino momenti. Ad hunc modum lacunoſa minimi ſunt. Vnum & alterum vocabulum quod *Terram Sanctam* & *Abrahamum* indicat in primo legimus. Sed in ſingulis non tam ſenſum aliquem quam vocabula duntaxat paucula aut potius elementa, ſatis etiam interdum incerta, reſtare, inter exſcribendum, comperiebamus. Veruntamen quoniam rariſſima ſunt eiuſmodi Saxa, & inter ea non ſemel cenſita fuere, quæ, vtcunque leuiſſimi forſan pretij, eorum nihilominus qui accuratius bonis ſtudijs incumbunt, deſiderium impenſè irritare ſolent vt qualianam ea demùm fuerint ſigillatim ſatis cognoſcant, ideò viſum eſt ea Auctarioli noſtri partem facere. Ex dirutis Iudæorum Synagogis & monimentis eorum ſepulchralibus ad veterem portæ inſtaurationem proculdubio olim transferebantur. Et ſiue Synagogarum parietibus ſiue mortuorum tumulis

lis primò conceptæ ſunt Inſcriptiones quæ à lapicidis, arctiores commiſſuras molientibus, vt vides, mutilatæ. Sub Elizabetha item glorioſiſſimæ memoriæ Regina, cum anno MDLXXXVI, reficiebatur porta Londini occidentalis, **Ludgate** dicta, repertum eſt in veteris ſtructuræ ſaxis inſciptio huiuſmodi **חורא מיצבח חר משח בן חר כבר ויצחק** *Hic tumulus eſt Rabbi Moſis filij Rabbi iliuſtris Iſaac.* Ita enim legenda & intelligenda eſt Inſcriptio illa deprauatiſſimè typis non ſemel edita in Ioannis Stowæi Notitia Londini, Anglice Scripta, vbi nullo ſenſu exaratum habemus **חך מיצבחך משח בך חרבך פצחת**. Et verſio Latina, quæ adijcitur, item reprehendenda. *Hæc eſt Statio Rabbi Moſis Filij inſignis Rabbi Iſaac*, quod de ædibus ibi intelligitur ac ſi ædium Rabbi Moſis fronti, pro titulo, adſcriptum fuiſſet. Dubium mihi non videtur ſaxum fuiſſe ſepulchrale. Sepulchrum aut tumulum **מיצבח** vocabant Iudæi quod in Ebraicis Epitaphijs alibi etiam occurrit. Et frequentiſſimos fuiſſe olim Londini cippos Iudæorum ſepulchrales veriſimilimum eſt. Nam ante annum Salutis reparatæ MCLXXVII ſeu Henrici Regis ſecundi XXIII, Iudæum alibi ſepiliri non licuit. Rogerus Houedenius, *Eodem anno*, inquit, *Dominus Rex Pater dedit licentiam Iudæis terræ ſuæ habendi cœmiterium in qualibet Ciuitate Angliæ extra muros ciuitatum, vbi poſſent rationabiliter & in competenti loco emere ad ſepeliendum mortuos ſuos. Prius enim omnes Iudæi mortui Londonias ferebantur ſepeliendi.* De Iudæis autem qui olim in Anglia agebant, plurima occurrunt tum in vetuſtis Commentarijs, tum in tabulis publicis. Antiquiſſima eorum mentio eſt in legibus aliquot Edwardo Confeſſori tributis. *Sciendum*, ibi legimus, *quod omnes Iudæi vbicunque in regno ſunt, ſub tutela & defenſione Regis ligea debent eſſe. Nec quilibet eorum alicui diuiti ſe poteſt ſubdere ſine Regis licentia. Iudæi enim & omnia ſua regis ſunt. Quod ſi quiſquam detinuerit eos vel pecuniam eorum, perquirat Rex ſi vult tanquam ſuum proprium.* Ad hunc ſenſum in Decreto illo quod *Regis Edwardi primi ſtatutum de Iudaiſmo* vocamus, Iudæi non ſemel dicuntur *tailliables au roy comeles ſoens ſerfs & a nul autre*, i. *Capitationi*, quæ *talliagium* appellari ſolebat, *ad placitum Regis & non cuiuſquam alîus, obnoxij non aliter ac ſerui eius.* Et ſatis hæc fuſius interpretantur ea quæ conditionis hi miſeræ homines ſæpius, pro principum arbitratu, tulere, idque non ſine publica comminatione Exilij, quod poſtmodum etiam ſubierunt, nullo redimendum tributo. Et ſingularis erat in Anglia Iudæorum plerunque ſtatus & rerum earum adminiſtratio Cauſarum ciuilium ad Iudæos ſpectantium diſceptationem coram iudicibus qui *Iuſtitiarij ad Cuſtodiam Iudæorum aſſignati* dicebantur, & iure ſingulari moribuſque ad *Iudaiſmum* (vt phraſis erat) propriè ſpectantibus in iudicijs vtebantur, habemus in Archiuis. Item *Starra*. Hoc nomine Inſtrumenta, quibus & Ebraice & Latine plerunque ſcriptis contractus ab eis ſiue initi, ſiue diſſoluti erant, ita dicebantur à **שטר** quod *Schetar* aut *Schtar* ſonat.

ſonat. Elias in Thisbite, שטר שטר חוב שטר בחובח ובן בל לשון עיטר ברזל חוא נחב שיבחוב בו חממשלח אדם לזולחו עליו וחוא לשון חחשים משטרו בארץ id eſt, *Schetar* aut *Shtar dicitur vt* Schetar *ſiue Cautio* ſeu *Inſtrumentum debiti*, Shetar ſiue *Cautio* ſeu *Inſtrumentum Dotis. Similiter omne vocabulum* Schetar *in Rabbinorum noſtrorum (quorum beata ſit memoria) ſcriptis, Inſtrumentum ſignificat quo quis poteſtatem* aut dominium *ſuum ad aliud transfert. Eſtque deſumptum ab illo. Num pones poteſtatem eius* (ſeu משטרו Miſchtaro) *in Terris?* Locus quem deſignat eſt in Iobi capitis XXXVIII Commate 33. Inde habent מנין שטרות *Menain Schetaroth* aut *Schtaroth* quod *Æram contractuum* ſonat & pro epocha annorum Alexandreorũ ijs vſurpatur in tractatu ראש חשנח. Roſch Haſchana ſeu de Capite Anni qui octauus eſt Seder Moed ſeu Ordinis II in Talmude. Et in Commentario vetuſto iuris noſtri quem Fletam dicimus; *Contrahentes cum Iudæis vel Iudæabus, pecorantes, & Sodomitæ in terra viui confodiantur; dum tamen mannopere capti per teſtimonium legale vel publice conuicti.* Ita libro I. cap. XXXVII. Alia quamplurima fuere de Pignoribus, Hypothecis, Actionum ceſſionibus, Creditorum exactionibus, Vſuris & eiuſmodi ceteris iura Iudæis, apud maiores noſtros, propria quæ prætermittimus. Sed quod de ſummo eorum ſeu vt vocabantur, *Communitatis Iudæorum Angliæ*, in Anglia Preſbytero, Sacerdote ſiue Epiſcopo in Archiuis legimus; quoniam de ea dignitate vix quidpiam omninò apud Scriptores editos occurrit, id adnotare libuit. Hunc tam creare ſolebant Reges ſuo arbitratu quam latâ ſententiâ ſummouere, idque iure & certiſſimo & vſitatiſſimo vſque ad poſteriora Henrici tertij Regis, tempora. Id manifeſtum videtur ex Regijs æui, quo apud nos floruere Iudæi, diplomatis. Quod ad Creationem Regiam attinet; ſatis ſcimus ex Iohannis Regis diplomate quo Iacobum Iudæum in hanc euexiſſe dignitatem fratrem ſuum Ricardum Regem primum, innuit, idemque firmat. Diploma in Tabulis publicis quæ Cartas Ioannis Regis exhibent, ita legitur, Parte ſcilicet 1. membrana 28. Cart. 1. anni eius primi. *Rex omnibus fidelibus ſuis & omnibus & Iudæis & Anglis ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti charta noſtra confirmaſſe* Iacobo *Iudæo de London, Presbytero Iudæorum, Presbyteratum omnium Iudæorum totius Angliæ, habendum & tenendum, quamdiu vixerit, libere & quietè, & honorifice, & integre, ita quod nemo ei ſuper hoc moleſtiam aliquam aut grauamen inferre preſumat. Quare volumus & firmiter præcipimus quod eidem Iacobo quoad vixerit Preſbyteratum Iudæorum per totam Angliam garantetis, manuteneatis & pacifice defendatis; & ſi quis ei ſuper hoc forisfacere præſumſerit, id ei ſine dilatione (ſalua nobis emenda noſtra) de forisfactura noſtra emendari faciatis, tanquam dominico Iudæo noſtro quem ſpecialiter in ſeruitio noſtro retinuimus. Prohibemus etiam ne de aliquo ad ſe pertinente ponatur in placitum, niſi coram*

ram nobis, aut coram capitali Iustitia nostra sicut Carta Regis Richardi fratris nostri testatur. Teste S. Batboniensi Episcopo &c. Dat. per manus H. Cantuariensis Achiepiscopi Cancellarij nostri apud Rothonagum XXXI *die Iulij anno Regis nostri primo.* Crearat scilicet Iacobum hunc Presbyterum Ricardus primus. Dignitatem ei diplomate hoc firmat Ioannes. Submouisse item Presbyterum hunc Regem (interueniente scilicet Iudicum, ad quorum cognitionem spectabant res Iudæorum, sententia) constat ex alio Henrici tertij diplomate quo item *Iudæorum Commnnitati Angliæ* primo conceditur, vt imposterùm Presbyterum seu Sacerdotem, siue Episcopum sibi eligerent ita tamen vt Regi electum præsentarent atq; eiusdem impetrarent, non aliter, puto, ac sodalitia Decanorum & Capitulorum Christiana in Episcopis eligendis, assensum. Hæc discimus ex Tabulis publicis quas *Patentes* anni 41. Henrici tertij vocamus. In eis, membrana 4. numero 6. habetur quod item interserere heic visum est. *Rex omnibus &c. Cum* Elyas *Episcopus Iudæus noster London, pro transgressione quam fecit tam nobis quam dilecto fratri nostro Regi Alemanniæ, à Sacerdotio Communitatis Iudæorum Angliæ, coram dilectis & fidelibus nostris* Philippo Basset, Philippo Luuel, Henrico *de* Bathon, Simone Passel, *& cæteris Iustitiariis ad Custodiam Iudæorum assignatis, quos ad transgressionem illam conuincendam Iusticiarios nostros assignauimus, per iudicium eorundem ad scaccarium nostrum fuerit abiudicatus, & de eiusdem Sacerdotii officio & de omnimodis aliis officiis & Ballis quas de nobis prius optinuit sit depositus; Nos de consilio eorundem Iusticiariorum concessimus prædictæ Communitati Iudæorum nostrorum Angliæ, per finem trium marcarum auri, quem* Cresse & Haginus *frater eiusdem Iudæi nobis, pro eadem Communitate, fecerunt quod prædictus* Elyas *Sacerdotium illud nunquam in posterum habeat & recuperet, & quod nullus de Communitate illa de cetero sit Sacerdos nisi per communem electionem Communitatis eiusdem & quod illa Communitas post decessum cuiuslibet Sacerdotis sic electi alium eligendi quemcunque voluerint Sacerdotem, liberam habeat facultatem, ac ipsum nobis præsentandi vt nostrum super hoc assensum optineat & fauorem. In cuius &c. T. R. apud* **Wodestock** XX. *die Iulii.* Sacerdotium eiusmodi *Hagino* filio *Deulares* Iudæo conceditur ab Edwardo I vt videre est in eiusdem diplomate quod habetur in *Patentibus* anni eius 9. membrana 20. Sed Iudæi tandem anno eiusdem Regis XVIII, qui reparatæ salutis est MCCXCIII ex Anglia in Exilium pulsi sunt. Et mirum est quòd, cum insignes faceret in Calendario Iudæorum Rabbi Ori Ben-Simeon Epochas eorum exilij ex Francia, Hispania, & Portugallia, id quod in Anglia subiere omninò omitteret. Et numerus & gentis calamitas satis etiam exilij Anglicani memoriam exegisse videatur. De eo consulas imprimis Thomam Walsinghamium in Hypodygmate Neustriæ & Florilegum. Adijcimus nos ijs, quæ Scriptores illi habent, Regij ad complures Vicecomites (qui prouinciarum apud nos annui Custodes sunt) rescripti formulam qua publica in exilium profi-

proficiſcentibus fides præſtabatur. *De Iudæis regnum Angliæ exeuntibus. Rex Vicecomiti Glouceſtriæ cum Iudæis regni noſtri vniuerſis certum tempus præfixerimus à regno illo transfretandi. Nolentes quod ipſi per miniſtros noſtros aut alios quoſcunque aliter quam fieri conſueuit indebitè pertractentur, tibi præcipimus quod per totam balliuam tuam publice proclamari & firmiter iuhiberi facias ne quis eis infra tempus prædictum iniuriam, moleſtiam, damnum inferat ſeu grauamen. Et cum contingat ipſos cum catellis ſuis quæ eis conceſſimus verſus partes London, cauſa transfretationis ſuæ, dirigere greſſus ſuos, ſaluum & ſecurum conductum eis habere facias Sumptibus eorundem. Prouiſo quod Iudæi prædicti ante receſſum ſuum vadia Chriſtianorum quæ penes ſe habent, illis quorum fuerint, ſi ea acquietare voluerint, reſtituant vt tenentur. T. R. apud Weſtmonaſterium* XVIII *die Iulii.* Legitur in Tabulis publicis quas *Clauſas* vocamus anni XVIII, qui ipſe exilij eſt, membrana 6. Et ſimilia reſcripta ad Vicecomites Eſſexiæ, Eboraci, Northamtoniæ, Lincolniæ, Herefordiæ & Suthamtoniæ diriguntur. Eiuſmodi aliud reſcriptum occurrit in Patentibus eiuſdem anni membrana 14. numero 4. De Ciuitatis autem iure, apud Chriſtianos, Iudæis ſiue permittendo, ſiue negando, conſulendi inprimis ſunt Sixtus Medices Theologus, libro de Fœnore Iudæorum & Marquardus de Suſanis Iuriſconſultus, De Iudæis & alijs Infidelibus.

Addenda

Addenda & ſuis locis intereſenda.

poſt
Pag. 58. lin. 3.

—viſendam.

VIII.

...ΑΙΣΑΡΑ ΝΕΡΒΑ..
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑ
ΣΤΟΝ ΓΕΡΜΑΝΙ
ΚΟΝ ΔΑΚΙΚΟΝ
ΑΝΕΙΚΗΤΟΝ
Η ΠΟΛΙΣ Η ΑΖΩ
ΠΕΙΤΩΝ

Id eſt,
Cæſarem Neruam
Traianum Auguſtum,
Germanicum, Dacicum,
Inuictum,
Ciuitas Aſopitarum.

IX.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΦΛΑΟΥΙΟΝ ΟΥΑΛΕΡΙΟΝ
ΚωΝΣΤΑΝΤΙΟΝ
ΤΟΝ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑ Η ΠΟΛΙΣ
Η ΑΣΩΠΕΙΤΩΝ

Id eſt,
Cum bona Fortuna,
Flauium Valerium
Conſtantium
Illuſtriſſimum,
Cæſarem Ciuitas
Aſopitarum.

Ex eodem Saxo, quod ex Oriente nuper aduectum in naui prope Londinum alicubi ſubducta viſebatur, haſce duas Inſcriptiones, quæ non vnius ſeculi ſunt, ante aliquot dies deſcripſit & mecum communicauit V. Cl. Hugo Hollandus.
Ebraicarum &c.

Ad Pag. 84. *col.* I. *lin.* 4.

—Singularis cap. II. Eleusinia autem, quod docti sciunt, duplicia erant; Maiora & Minora. Maiora mense Boedromione seu sub autumnum, Minora Anthesterione seu tempore verno peragi solebant. Et vtriusque Festi tempestatum & nominum discriminis rationem à Solis ad æquinoctia accessu & recessu petit Iulianus Imperator in Oratione, εἰς μητέρα τῶν θεῶν, idque ac si mysteria vtraque, vtcunque nomine tenus Cererem & Proserpinam, reuera tamen Solem ipsum, quem velut summum, ad Gentilitatis Theologiam, Deum colebant, primariò respexissent. Τὸν ἰσημερινὸν κύκλον, inquit ille, ἡ θεὸς αὐτὴ κατενείματο. Τελεῖται γὰρ ὀφεὶ τ ζυγὸν Δηοῖ καὶ Κόρῃ τὰ σεμνὰ καὶ ἀπόῤῥητα μυστήρια καὶ τοῦτο εἰκότως γίνεται. Χρὴ γὰρ καὶ ἀπιόντι τῷ Θεῷ τελεσθῆναι πάλιν, ἵνα μηδὲν ὑπὸ τῆς ἀδίκου καὶ σκοτεινῆς δυσχερὲς πάθωμεν ἐπικρατούσης δυνάμεως. Διὸς γοῦν Ἀθηναῖοι τῇ Δηοῖ τελοῦσι τὰ Μυστήρια· ἐν ἀπιτῷ μὲν τῷ Κριῷ, τὰ μικρὰ φασι μυστήρια· τὰ μεγάλα δ ὀφεὶ τοὺς χηλάς (τ ζυγὰν potius legendum) ὅντος Ἡλίου, δι' ἃς ἀναγκος ἔφλω αἰτίας. Μεγάλα δ ὠνόμασται καὶ Μικρὰ νομίζω, καὶ ἄλλων ἕνεκα, μάλιστα δ, ὡς εἰκὸς, τότε ἀποχωροῦντος τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἢ πορσιόντος. Διόπερ ἐν τούτοις ἴσον εἰς ὑπόμνησιν μόνον ἄτε δὴ καὶ παρόντος τοῦ σωτῆρος καὶ ἀναγωγοῦ Θεοῦ, τὰ πρωτέλεια κατεβάλλοντο τ τελετῆς. Εἶτα Μικρὰ ὕστερον ἀγιτία ζωοχεῖς καὶ τῶν ἱερῶν ἀγιστεία. Ἀπόντος δ λοιπὸν τοῦ Θεοῦ φρὸς τ ἀντίχθονα ζῶήν καὶ φυλακῆς ἕνεκα καὶ σωτηρίας αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ἐπιτελεῖ τ μυστηρίων. Orationem Iuliani vnde hoc descripsimus, Ms. mecum pridem communicauit, vti solet id genus alia, pro sua humanitate, vir doctrina & morum suauitate insignis Patricius Iunius Bibliothecarius Regius; & de hoc loco me monuit. Integram Orationem cum duabus alijs Apostatæ nondum in lucem editis ante sexenium transmisit ad V. Cl. doctissimumque Dionysium Petauium qui eas publici iuris facere pollicitus est.

Lin. 29. pag. 7. Κάθαρμος &c.

Ad pag. 128. col. 2. lin. 33.

—pag. 217. Et vide Eundem. pag. 400. & 401. Etiam pro eo &c.

FINIS.

Typorum Errata sic corrige.

PAg. 1. *lin.* 3.... ΤΑΝΑΚΤΟΣ. *pag.* 2. *l.* 19. ΓΚ ..... ΝΑΙΩΝΤΟΥΣ ΦΡΥΓΑΣ..... & adijce ad finem lineæ post punctula A & ad initium sequentis Λ *lin.* 20. ΟΥ-ΜΕΝΗΝ. *lin.* 22. Δ... ΔΩΝΙΑΝ. *pag.* 3. *l.* 38. ΓΔΔΔΠΙΙ. *lin.* 42. ΑΦΟΥ ΝΗ...ΕΥΣ. *l.* 53. ΣΙΜΩ...ΟΣ. *p.* 4. *l.* 58. ΡΑΓΟΣ ΕΤΗ. *l.* 60. ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ. *l.* 62. ΕΜΜΑΡΑ-ΘΩΝΙ. *l.* 64. in initio ...Ω .ΩΝΔΔΔΠ. d. 66. ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ.... *l.* 68. ad finem ΕΡΕΥΚ. *l.* 71. ad finem, dele punctula. *p.* 5. *l.* 76. ΑΘΗΟΗΣΙΔΙΦΙ... *l.* 78. ad finem ΑΝΕΒ..... *p.* 7. *l.* 17. δι ἐν Λινδῳ τῆς Ροδίας. *l.* 19. τὸν ἀγῶνα. *l.* 22. ἐγκ..ναίων τοὺ φρύγας... *l.* 27. ...λωνίαν ὤκισε. In Latinis ibi lin. 32. MCCXLII. *l.* 45. ...lonia *aut* ...donia. *p.* 8. *l.* 19. Λυκῶα. In Latinis *l.* 17.....XII regnante. *l.* 24. *dele* esiæ. *l.* 26. frugum contigit, & consulto &c. *pag.* 9. *l.* 4. ΓΗΗΗΗΓΔΔΔΠΙΙΙ & in Latinis DCCCCLXXXVII. *p.* 10. *l.* 21. archonte Simone. Ex &c. *l.* 30. XXXXII, archonte. *p.* 11. *l.* 17. ποιητὴς ἐ..ων ὢν ΔΔΔΠ; & in Latinis poeta natus annos XXXV. *pag.* 12. *l.* 7. ὁ Δεινομένους & in Latinis; Ex quo Gelo Dinominis F. tyrannidem &c. *p.* 13. *l.* 9. Κύρος ἀνὲς ... *l.* 12. ἄρχοντ. *l.* 35. anni CVII, archonte &c. *pag.* 14. *l. vlt.* .....Η Γ.. & in Latinis anni L. *p.* 16. *l.* 19. ad finem ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΝΤΑΙ. *pag.* 19. *l.* 75. ΕΛΕΥΘΕΡΟΙ. *l.* 78. ΚΑΙ ΒΟΙΗ .. *p.* 20. *l.* 88. ΔΟΘΗΣΟΜΕΝΗΝ. *l.* 96. ΑΙΡΕΙΣ.... *p.* 21. *l.* 103. ΔΟΘΗΝΑΙ. *l.* 105. ΤΗΝ ΤΕ ΠΟΛΙΤΕΙ... *p.* 23. *l.* 8. inspoliatum. *p.* 26. *l.* 23. ΠΟΛΙΓ ΚΑΙ. *p.* 27. *l.* 29. τὴΜ *l.* 19. habitaculis. *p.* 28. *l.* 11. πρόπω. *p.* 31. *l.* 27. αἰρεῖσθαι. *p.* 32. *l.* 15. πολίπας. *l.* 33. ex eis quæ &c. *p.* 35. Ἄλεια. *p.* 36. *l.* 14. ΧΡΥΣΩΣΕΙΝ. *p.* 37. *l.* 34. quo bis æditui &c. *p.* 41. ΜΑΝΤΙΘΕΟΥ. *ibid.* versione. *p.* 42. *l.* 8. perseverat. *p.* 44. *l. penult.* Serapione. *p.* 49. in marm. 24. ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ. & 26. ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ; in Tetrasticho Μυρτάλη. *p.* 50. in marm. 29. ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΜΝΕΜΕΙΟΝ. In Latinorum 1. SEMPRONIÆ, & 4. CERCENIA. *pag. marm.* 2. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. *p.* 58. *marm.* 2. עזבי. *p.* 60. *col.* 2. *l.* 1. Hebdomecontaexacteride. *l.* 22. τῆς ἑορτῆς. *p.* 61. *col.* 2. *l.* 10. Annus heic. *p.* 68. *col.* 2. *l.* 10. ἐπωνύμῳ. *p.* 72. *col.* 2. *l.* 5. quam tamen. *l.* 31. Amphictyone. *p.* 76. *col.* 1. *l.* 21. eta supinum. *col.* 2. *l.* 31. Τ'αγιν. *p.* 83. *l.* 25. ΔΩΝΙΑΝ *p.* 88. *col.* 1. *l.* 25. Empiricus. *l.* 40. præfuit. *p.* 108. *l.* 13. periochæ. *l.* 32. tragœdiâ primo. *pag.* 120. *col.* 1. *l.* 21. vsurpatum. *p.* 122. *col.* 1. *l.* 18. exprobrare viderentur. *p.* 133. *col.* 1. *l.* 20. Tetrabibli. *l.* 36. παλαιῶν. *p.* 136. *col.* 1. *l.* 17. τὸν φῶτον. *p.* 144. *col.* 1. *l.* 34. in vsu. fuerit (quod satis est credibile) etiam Anthesterionis. *l.* 36. & 37. dele parenthesin. *p.* 147. *col.* 2. *l.* 4. פרשת. *l.* 35. בראש. *p.* 152. *col.* 1. *l.* 34. ראת. *p.* 153. *col.* 1. *l.* 8. Leucophryene. *p.* 155. *l.* 35. *col.* 21. רלא. *p.* 156. *col.* 2. *l.* 18. Porphyrogennetæ. *p.* 160. *col.* 2. *l.* 4. veram. *p.* b64. fiat epigraphe, *ad Smyrnensem*. *p.* 177. *col.* 2. *l.* 29. administratio. Cæsarum &c. *p.* 178. *col.* 1. *l.* 23. תשעת.

IN numera occurrent alia, in Accentibus, Diſtinctionum notis, alijs etiam grauioris momenti; quæ nata ſunt ex craſſiſſima inſcitia & negligentia immani Operarum, quibus ſcilicet cum nudæ elementorum formæ duntaxat, idque tam in Latinis quam in Græcis & Ebraicis, nec tamen ſine indicantibus forulorum titulis, ſatis notæ fuerint; non tam miretur quiſquam tot irrepſiſſe errores quam paginam vllam ſine errore abſolutam eſſe. Fieri non potuit quin interdum corrigenda typorum ſpecimina, vtcunque ad amuſſim emendata, Stipites eiuſmodi & Stolones aut locos aliquot emendatos prætermitterent aut alios denuò interpolarent. Inde eſt quod adeo frequenter c *pro* e *imprimatur; vti & ſæpè nimis* f *&* n *pro* ſ *&* u *& hæc inuicem pro illis. Neque hæc correximus, neque alia compluria quæ eiuſmodi ſunt vt, qui primo ea caſtigare nequeat intuitu, ei ſane non meliùs fuiſſet prouiſum, tametſi id genus menda Operæ indidiſſent nulla.*

10222002

10222002

10222002

10222002







10222002

10222002

10222002

